



**Regula beati Augustini episcopi cum constitutionibus
canonicorum regularium capituli Windesemensis & diversis
privilegiis, a summis pontificibus & aliis eidem capitulo
gratiose concessis, singulorumque indicibus copiosis, quibus
adjunctis est & tractatulu**

<https://hdl.handle.net/1874/281059>





REGVLA BEATI AVGVSTINI EPISCOPI CVM CONSTITVTIONIBVS CANONICORVM

Regularium capituli VVindesemensis, & diuersis priuilegijs, a summis pontificibus & alijs eidem capitulo gratiose concessis, singulorumq; indicibus copiosis, quibus adiunctus est & tractatus de simonia religiosorum & de proprietate.




Cum gratia & priuilegio Curie Traiectensis:
G. Scriuers.

SOVLTRAIECTI
Harmannus Borculous excudebat. Anno a Christo nato.

1553.

REFUGIA BEA
TI AVGVSTINI EPISCOPI
ET MONASTII BAMBVRGENSIS
IN QVODAM SINGVLA
PUBLVCA LIBRARIIS
ET BIBLIOTECIS
PUBLVCA



IN QVODAM SINGVLA
PUBLVCA LIBRARIIS
ET BIBLIOTECIS
PUBLVCA

INCIPIT REGVLA SAN-
CTI PATRIS NOSTRI AVGV-

stini Episcopi.



Nec omnia fratres charissimi diligatur **D**eus, de-
inde proximus: quia ista p̄cepta sunt principali-
ter nobis data. **H**æc igitur sunt quæ vt obseruetis
p̄cipimus in monasterio constituti. **P**rimum

Reg. ad Reg. 30.

(propter quod in vnum estis congregati,) vt vnanimes habite-
tis in domo: & sit vobis anima vna & cor vnum in deo. **E**t

Reg. ad Reg. 8.

non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia.

Reg. ad Reg. 11.

Et distribuatur vnicuiq; vestrum, a p̄posito vestro victus &

tegumentum. non equaliter omnibus, quia non equaliter vale-

B

tis omnes: sed potius vnicuiq; sicut cuiq; opus fuerit. **S**ic enim

legitis in actibus apostolorum: quia erant illis omnia commu-

nia: & distribuebatur vnicuiq; sicut cuiq; opus erat. **Q**ui aliquid

habebant in s̄culo: quando ingressi sunt monasterium, liben-

Reg. ad Reg. 17. 18.

ter velint illud esse commune. **Q**ui autem non habebant: non

ea querant in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. **S**ed

tamen eorum infirmitati quod opus est, tribuatnr: etiam si pau-

peras eorum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat in-

uenire. **T**antum non ideo se putent esse felices, quia inuenerunt

C

victum & tegumentum quale foris inuenire non poterant: nec

erigant ceruices, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non

audebant: sed fursum cor habeant, & terrena vana non querat.

Ne incipiant esse monasteria diuitibus vtilia, non pauperibus: si

diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. **R**ursus

etiam illi, qui aliquid esse videbantur in s̄culo: non habeant fa-

stidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate

venerunt. **M**agis autem studeant non de parentum diuitum

dignitate: sed de pauperum fratrum societate gloriari. **N**ec ex-

rollantur si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contu-

lerunt: nec de suis diuitijs magis superbiant, quia eas monaste-

Ario partiuntur, quod si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergere, dando pauperibus & pauperem fieri: cum anima misera superbior efficitur, diuitias contemnendo, quam fuerat possidendo. Omnes ergo unanimiter & concorditer uiuite: & honorate in uobis deum inuicem, cuius templa facti estis. **O**rationibus instate: horis & temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde & nomen accipit, ut si forte aliqui etiam preter horas constitutas, si eis vacat, orare uoluerint: non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerunt. Psalmis & hymnis cum oratis deum: hoc uersetur in corde, quod profertur in uoce. Et nolite cantare: nisi quod legistis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est, ut cantetur, non cantetur. **C**arnem uestram domate ieiunijs & abstinentia escere quantum ualitudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum sumat: nisi cum egrotat. **C**um acceditis ad mensam donec inde surgatis, quod uobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu & contentionibus audite, ne sole uobis fauces sumant cibum: sed & aures esuriant dei uerbum. **Q**ui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in uictu: non debet alijs molestum esse, nec iniustum uideri, quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi: sed sibi potius gratulentur: quia ualent quod non ualent illi. **E**t si eis qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, uel uelamentorum, operimentorum datur quod alijs fortioribus & ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari uita, illi ad istam descenderint: quis usque ad aliorum qui sunt corpore firmiores frugalitatem, peruenire nequiuerint. Nec debent uelle omnes quod paucos uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur accipere, ne contingat detestanda peruersitas:

ut in

Reg. ad Reg. 22.
 Reg. ad Reg. 1.
 nu. 34.
 Id. ad Reg. 26.
 nu. 27.

Reg. ad Reg. 16.
 nu. 6.
 Id. ad Reg. 26.
 nu. 29.

Regula Augustini.

*Aug. ad Reg. 17
A nu. 15.*

vt in monasterio vbi quantum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati. Sane quemadmodum egrotantes necesse habet minus accipere ne grauetur, ita & post egritudinem sic tractandi sunt vt citius recreentur, etiam si de humillima seculi paupertate venerunt: tanq̄ hoc illis contulerit recentior egritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparauerint, redeant ad feliciorē consuetudinem suam, quæ famulos dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos necessitas leuauerat infirmos. Illos estimet ditiores: qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere: q̄ plus habere.

A Non sit notabilis habitus vester: nec affectetis vestibus placere, sed moribus. **A** Quando proceditis simul ambulate: cum veneritis quo itis, simul state. **A** In incessu, statu, in omnibus motibus vestris, nihil fiat quod cuiusquam offendar aspectum: sed quod vestram deceat sanctitatem. **A** Oculi vestri etsi iaciuntur in aliquā feminarū: figantur in nulla. Neq; enim quando proceditis feminas videre prohibemini: sed appetere aut ab ipsis appeti velle, criminofum est. Nec solo tacito affectu: sed affectu quoq; & aspectu appetitur & appetit cōcupiscentia feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius. Et cum seinuicem sibimet etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis, alterutro delectantur amore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet, qui in feminam figit oculum, & illius in se diligit fixum: ab alijs se non videri cum hoc fecerit. Videtur omnino: & a quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat, & a nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est nō videre, quia tanto videt patientius quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere: ne velit femine male placere. Illū cogitet omnia videre:

B
Aug. ad Reg. 34.

C

Regula Augustini.

4.

A ne velit feminā male videre. Illius namq; & in hac causa cōmendatus est timor: vbi scriptū est. **Abominatio est domino, defigēs oculū.** Quando ergo simul estis in ecclesia, & vbiq; vbi femine sunt: inuicem vestrā pudicitiam custodite. **Deus enim qui habitat in vobis: etiā isto modo custodiet vos ex vobis.** **Et si**

hanc de qua loquor oculi petulantia, in aliquo vestrū aduertentis, statim ammonete, ne cepta progrediantur: sed de proximo corrigantur. **Si autē & post ammonitionē iterum vel alio quocunq; die, id ipsum eū facere videritis: iā velut vulneratum sanandum prodat, quicumq; hoc potuerit inuenire.** **Prius tamen & alteri vel tertio demonstrandū: vt duorum vel triū possit ore cō-**

B uinci, & competēti seueritate coerceri. **Nec vos iudicetis esse maleuolos: quādo hoc indicatis.** **Magis quippe innocētes non estis: si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis.** **Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, cum timet secari, nonne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde? Sed anteq; alijs demonstratur, per quos cōuincendus est si negauerit, prius preposito debet ostendi, si ammonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secretius correptus non innotescere ceteris.** **Si autem negauerit: tunc neganti adhibendi sunt alij, vt iam coram omnibus possit non ab vno teste argui: sed a duobus vel tribus con-**

C uinci. **Conuictus vero: secundum prepositi vel etiam presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet arbitrium, debet emēdatoriam subire vindictam.** **Quam si ferre recusauerit: etiam si ipse non abcesserit, de vestra societate proijciatur.** **Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer: ne contagione pestifera plurimos perdat.** **Et hoc quod dixi de oculo nō figendo, etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, vindicandisq; peccatis, diligēter & fideliter obseruetur: cum dilectione hominum & odio vitiorum.** **Quicumq; autem in tātum progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo literas, vel quodlis**

*Aug. ad Reg. 43.
in 12. & seq.*

Aug. ad Reg. 42.

*Aug. ad Reg. 20.
H. ad Reg. 42.*

*Aug. ad Reg. 9.
in 27.*

Regula Augustini.

5.

quodlibet manus accipiat: si hoc ultro confitetur, parcatur illi **A**
& oretur pro illo. **S**i autē deprehenditur atq; cōuincitur: secun-
dū arbitriū presbyteri, vel prepositi, grauius emēdetur. **V**e-
stes vestras in vnū habeatis, sub vno custode vel duobus, vel quot **B**
sufficere potuerint ad eas excutiendas: ne a tinea ledantur. **E**t si-
cut pascimini ex vno cellario: sic induamini ex vno vestiario. **S**i
fieri potest non ad vos pertineat, quod vobis indumentum pro
temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnus-
quisq; quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat: dū tamē
vniciusq; prout cuiq; opus est non negetur. **S**i autem hinc inter
vos contentiones & murmura oriuntur, cum queritur aliquis
deterius se accepisse q̄ prius habuerat, & indignum se esse qui nō
ita vestiatur, sicut alius frater eius vestiebatur: hinc vos probate,
quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui
pro habitu corporis litigatis. **T**amen si vestra toleratur infirmi-
tas, vt hoc recipiatis quod posueritis, in vno tamen loco sub cō-
munibus custodibus habete quod ponitis: ita sane vt nullus sibi *Aug. ad Ro. 7. 23.*
aliquid operetur, sed omnia opera vestra in vnum fiant: maio-
ri studio & frequēiori alacritate, q̄ si vobis singulis faceretis pro-
pria. **C**haritas enim de qua scriptum est, q̄ non querat que sua *Aug. ad Ro. 9.*
sunt sic intelligitur: quia communia proprijs non propria com- *26.*
munibus anteponit. **E**t ideo quanto amplius rem communem **C**
q̄ propria vestra curaueritis, tanto vos amplius proficere noue-
ritis: vt in omnibus quibus vtitur transitura necessitas, superer-
mineat quæ permanet charitas. **C**onsequens ergo est: vt eti-
am qui suis filijs, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in *Aug. ad Ro. 7.*
monasterio constitutis, aliquam contulerit vestem siue quodli-
bet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiat, *Aug. ad Ro. 7.*
sed sit in potestate prepositi: vt in rem comunē redactum, cui
necessarium fuerit prebeatur. **Q**uod si aliquis rem sibi collatam *Aug. ad Ro. 7.*
celauerit: furti iudicio condemnetur. **I**ndumenta vestra se- *pag. 659.*
cundum arbitrium prepositi lauentur, siue a vobis siue a fullo-
nibus: ne interiores animę sordes cōtrahat, mūdę vestis nimius
appeti-

Regula Augustini.

A appetitus. **L**auachrum etiam corpori, cuius infirmitatis necessitas cogit: minime denegetur. **F**iat sine murmure de consilio medicinæ: ita ut etiam si nolit, iubente præposito faciat, quod faciendum est pro salute. **S**i autem velit & forte non expedit: sue cupiditati non obediatur. **A**liquando enim etiam si noceat: prodesse creditur quod delectat. **D**enique si latens est dolor in corpore: famulo dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur. **S**ed tamen utrum sanando illi dolori quod delectat expediat: si non est certum, medicus consulatur. **N**ec eant ad balnea siue quocumque ire necesse fuerit: minus quam duo vel tres. **E**t ille qui habet aliquo eundi necessitatem: cum quibus præpositus iussurire debet. **E**grotantium cura siue post egritudinem reficiendorum, siue aliqua imbecillitate, etiam siue febribus laborantium, vni alicui debet iniungi: ut ipse de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit. **S**iue autem qui cellario, siue qui vestibus, siue qui codicibus præponuntur: siue murmure seruiant fratribus suis. **C**odices certa hora singulis diebus petantur: extra horam qui petierit, non accipiat. **V**estimenta vero & calciamenta quando fuerint indigentibus necessaria: dare non differant sub quorum custodia sunt que poscuntur. **L**ites aut nullas habeatis, aut que celerrime finiatis: ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca: & animam faciat homicidam. **S**ic enim legitis. **Q**ui odit fratrem suum: homicida est. **Q**uicumque conuitio vel maledicto vel etiam criminis obiectu, aliquem lesit meminerit satisfactione quâto cyus curare quod fecit: & ille qui lesus est, sine disceptatione dimittere. **S**i autem inuicem se leserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt, propter orationes vestras: quas utique quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. **M**elior est autem, qui quamuis ira sepe tentatur, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam: quam qui tardius irascitur, & ad petendam veniam, tardius inclinatur. **Q**ui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit: sine causa est in monasterio, etiam si inde non pronociatur. **P**roinde vobis

Nig. ad Reg. 17.

Qui veram corporis suam infirmitatem humane tractandus est. Qui autem falsa præter tendit, et tunc ei non potest. Deo committendus est. Aug. in B. De opere monach. ca. 19.

Nig. ad Reg. 43.

Nig. ad Reg. 8.

vide Nig. ad Reg. 28.

Regula Augustini.

7.

vobis a verbis durioribus parcite. **Q**ue si emissa fuerint ex ore vestro: non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera. **Q**uando autem necessitas discipline, moribus coercendis, dicere vos verba dura compellit, si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur, vt a vobis subditis veniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas. **S**ed tamen petenda est venia ab omnium domino: qui nouit etiā eos quos plus iusto forte corripitis, quāta benevolentia diligatis. **N**on autem carnalis: sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. **P**reposito tanq̄ patri obediatur: multo magis presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. **V**t ergo cuncta ista seruentur, & si quid seruatum minus fuerit, non negligenter pretereatur, sed vt emendandum corrigendumq̄ curetur, ad prepositum precipue pertinebit: vt ad presbyterū, cuius est apud vos maior auctoritas referat, quod modum vel vires eius excedit. **I**pse vero qui vobis preest: non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente felicem. **H**onore corā vobis prelatus sit vobis: timore coram deo substratus sit pedibus vestris. **C**irca omnes se ipsum bonorum operum prebeat exemplum. **C**orripiat inquietos, consoletur pusillanimes: suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. **D**isciplinam libens habeat: metuendus imponat. **E**t quamuis vtrunq̄ sit necessarium: tamen plus a vobis amari appetat quā timeri: semper cogitans, deo se pro vobis redditurum esse rationem. **V**nde vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini: qui inter vos quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore versatur. **D**onet dominus vt obseruetis hæc omina, tanq̄ spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore, de bona conuersatione fragrantēs: non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti. **V**t autem in hoc libello, tanquam in speculo possitis inspicere: ne per obliuionē aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur, **E**t vbi vos inueneritis ea quæ scripta sunt

Mag ad Reg. 22

Mag. pag 36.
Mag ad Reg. 49

pta sunt facientes: agite gratias domino honorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicumq; vestrum videt aliquid deesse: doleat de preterito, caueat de futuro: orans vt & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

Finis regulę beati Augustini episcopi.

Index rerum notabilium in regula contentarum.

- A** Nimiam vnā & cor vnū habere debemus in domino. 1.a.
A Ambulandum simul, & simul standum. 3.b.
 Absq; socio nusquam eundum. 6.a.
C Antandum nihil: nisi quod legitur esse cantandum. 2.a.
C Caro ieiunij domanda. 2.b.
 Charitas non querit quę sua sunt: sed communia proprijs anteponit. 5.b.
 Codices singulis diebus petantur. 6.b.
 Correptio secrete facienda est, si fieri congrue potest. 4.b.
 De Crimine conuictus puniatur: si ferre noluerit de societate pronciatur. 4.c.
D Illigendus deus ante omnia: deinde proximus. 1.a.
D Dilectio hominum seruanda: cum odio vitiorum. 4.c.
 Dilectio non carnalis: sed spiritualis esse debet. 7.a.
 Diuites, fastidire pauperes non debent: sed magis de eorum societate gloriari. 2.a.
 Ditiores illi sunt: q̄ in sustinēda parcitate fuerint fortiores. 3.a.
H Abitus non sit notabilis. 3.a.
H Humilitate nimia frangitur autoritas. 7.a.
I Nfirmitati tribuatur quod opus est, etiam si paupertas foris hoc ipsum inuenire non potuit. 1.b.
 Infirmi si aliter tractantur in victu & vestitu, non ideo feliciores sunt. 2.b.
 Infirmi cum vires pristinas reparauerint: redeant ad feliciorē consuetudinem suam. 3.a.
 Infirmorum cura alicui iungenda. 6.b.

Index regulæ.

9.

Irascens facile, & pœnitens, melior est eo, qui tardius irascitur & ad veniam pœnitendam tardius inclinatur. 6.c.

Lectio sacra ad mēsam legēda, & sine murmure audiēda. 2.b.
Literę & quęcūq; munera, occulte suscipi non debent. 5.a.
Lædens alium verbo vel facto, q̄ primum satisfaciatur: & læsus statim dimittatur. 6.c.

Lites non habeantur: aut celerrime finiantur. 6.e

Monasterium ingressi, libēter velint illud esse commune, quod prius proprium erat. 1.b.

In monasterio nemo querat, quod foris habere nō potuit. 1.b.

In monasterio nō supbiat, q̄ ibidē inuenit q̄ foris nō habuit. 1.c.

Monasteria vtilia sunt diuitibus, si illic humiliātur: inutilia pauperibus qui illic inflantur. 1.c.

In monasterio detestanda est peruersitas: cum ibidem fiunt diuites laboriosi, & pauperes delicati. 3.a.

Melius est minus egere: quā plus habere. 3.a.

Maliuolus non est, qui vulnus fratris prodit: sed magis qui occultat. 4.b.

Medicina vtenda, non pro voluntate, sed pro necessitate. 6.a.

Absq; murmure seruiendum fratribus. 6.b.

In omnibus motibus & moribus, nihil faciendum, quod cuiusquā offendere possit aspectum. 3.b.

Orationi instandū, horis & temporibus constitutis. 2.a.

In oratorio nihil agendū, nisi ad quod est factum. 2.a.

In oratione & psalmis, hoc versandum in corde quod profertur in voce. 2.a.

Orationes quanto crebriores, tanto saniores erunt. 6.c.

Oculi a curioso feminarum aspectu auertendi. 3.b.

Oculus impudicus, impudici cordis est nuncius. 3.b.

Oculum defigens in feminam: videtur etiam a quibus se videri non arbitratur. 3.c.

Oculum defigens, abominatio est domino. 4.a.

Oculi petulantiā ostendēs, primo admonēd⁹ est: deinde si secūdo

vel

vel tertio fecerit demonstrandum alijs. 4.a.

Occulte nihil accipiendum : sed omnia in commune sunt redigenda. 5.c.

Occultans aliquid, furti iudicio condemnandus est. 5.c.

Opera oïa, pro cõmuni fiant, & nemo sibi aliquid operetur. 5.b.

Proprium nihil dicendum, aut habendum. 1.a.

Prelati a subditis ueniam postulare nõ debêt, sed a deo. 7.a.

Prelatus potestate dominari nõ debet, sed charitate seruire. 7.b.

Prelatus ab omnibus honorandus est. 7.b.

Prelat⁹ circa omnes seipsum honorũ operũ prebeat exẽplũ. 7.b.

Prelatus plus amari appetat, quàm timeri. 7.c.

Preposito tanquam patri obediatur. 7.a.

Prepositus ad presbyterum referre debet, quod modum vel vires eius excedit. 7.b.

Pudicitiam inuicem custodire debemus. 4.a.

Non pigeat ex ipso ore proferte medicamenta, vnde facta sunt vulnera. 7.a.

Superbia etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. 2.a.

Subditi misereri debent prelati : qui quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore versantur. 7.b. c.

Victus & tegumentum, distribuẽdum omnibus, verum nõ equaliter omnibus: sed prout cuiq; opus fuerit. 1.b.

Vestis in vnum custodiri debent. 5.a.

Ex vestiario vno, omnes vestiendi : sicut ex vno cellario omnes pascendi. 5.a.

Vestis depositas, vtrum recipiat qui deposuit, an alias, nõ curandum: dummodo necessitati succurratur. 5.a.

Vestis lauari debent, secundum arbitrium prepositi. 5.c.

Vestis munde nimius appetitus, immundam facit animam. 5.c.

Vestimenta & calciamenta quando indigentibus sunt necessaria, dare non differant, sub quorum custodia sunt. 6.b.

Finis.



Vm priorē cuiuscunq; domus nostrę obire cōti-
gerit vel absolui : conuocatis fratribus, triduanū
cunctis indicitur ieiuniū, & litere venerabili pri-
ori superiori mittēde legātur, & sigillo cōuent^o
muniūtur. Reuerso deinde nūcio : sup prior fra-
tres iterū capitulariter cōuocat, & literas prioris

superioris de impetrata eligendi licentia ostendit & legit. Quo
facto : tractatu inter se habito, dies quo electio celebrari debeat,
cōmuni cōsensu ordinatur. Et statim dies iste cūctis insinuetur
absentibus, literis etiam sigillo conuentus signatis. Prior tamen
in alia domo electus, vocandus non est. Si quis de absentibus

legitime prepeditus, ad diem p̄fixum venire nequiverit :
nō sufficit, si talis votum suum propria manu scripserit, & mi-
serit, sed debet procuratorem constituere, vnum de collegio eli-
gentium & non extraneum, qui loco sui eliger̄ a postulat̄ illū
quem iusserit, & non alium. Quia votum in scrutinio secrete &
singillatim exprimendū est viua voce, & non scriptis, neq; ante
scrutinium.

Conuocari etiam debēt ad diem nominatum,
sub sigillo cōuentus, duo priores. Quibus presentibus, & missa
cantata, campana capitularis pulsatur, cunctisq; in domo capi-
tulari congregatis, senior priorū hęc aut similia dicere potest.

Frates in Christo dilectissimi orbat̄ pio patre & pastore ve-
stro, vocastis nos ad interessendū electioni noui prioris vestri : q̄
vt rite vnanimiq; omniū vestrū cōsensu celebrari possit talisq; e-
ligi, qui vobis ad dei gloriā & æternā vestrā salutem, p̄sit : ante
omnia diuinum inuocemus auxilium, orātes cum propheta.

Ad te leuauī oculos meos qui habitas in celis etc.

Gloria patri. Kyrieley. Kyrieley. Pater noster. Et
ne nos. Saluos fac seruos tuos. Apud moniales additur. Et
ancillas tuas. Mitte nobis domine auxilium de sancto.

Nihil proficiat inimicus in nobis.

Esto nobis domine turris fortitudinis.

Domine deus virtutum conuerte nos.

De electione prioris aut priorisse.**D**omine exaudi orationem meam.**D**ominus vobiscum. **Oremus.****D**eus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere / et de eius semper consolatione gaudere.**P**retende domine famulis (& famulabus) tuis / dexteram celestis auxilij. vt et te toto corde perquirant / et que digne postulant assequantur.**A**ctiones nostras quās domine / et aspirādo preueni / et adiuuando prosequere vt cuncta nostra operatio / et a te semper incipiat / et per te cepta finiatur. **P**er christum dominū nostrum.**B**enedicite.**S**edeatis.**C**unctis sedentibus: aliqua (si placet) fiat exhortatio. **Q**ua finita: legitur capitulum sequens.**I**gitur in die electionis, conuocatis prioribus & presentibus (nam sine ipsis, electio celebrata esset nulla, iuxta priuilegia nostra) mane missa de sancto spiritu, in cōuentu deuotissime sub duplici festo celebrata: post sextas vel nonas pro tēpore, signo pulsato, in capitulo conuenientes, dicunt psalmum **A**d te leuauī, cū precibus & orationibus supradictis, dictoq; ab antiquiore priore, **B**enedicite: aliqua si placet, fiat exhortatio. **D**einde priores cum conuentu, ad chorum regressi, autoritate capituli precipiant, vt secundū deum, prout melius potuerint, talē eligant, qui quātum humana fragilitas permittit, vita, scia, & ætate, dignus & idoneus existimetur, ad officium prioratus. **P**ostmodum fratres ex seipsis vel de domibus nostris, vnum eligant, aut sacerdotē, aut ad sacerdotium promouendum. **P**otest enim de domo qualibet, omnis frater eligi, saluis predictis: excepto priore, vel rectore sub gremio capituli, & superioris domus supprioris, & procuratore, & fratre pro consilio deputato. **D**omus etiam quęlibet, fratrem suum, licet forte sit prior in alia domo, potest in priorem eligere (nisi fuerit prior superior) & domus superior, etiā quem

De electione prioris aut priorisse.

130

quemcumq; priorem. Prior vero qui non propter crimen, sed propter aliã causã depositus est: in alia quidẽ domo poterit eligi, nisi specialiter a capitulo generali, illi fuerit interdictũ. In ea vero qua prior fuerat: nunq̃, nisi de licẽtia capituli generalis vel prioris superioris. **A** Omnino autẽ ab omnib; caueatur, ne vltus in domibus nostris, qualibet surreptionis astutia seu violẽtia præponatur: nisi quẽ fratres cõmuni consensu, vel fratrum maior pars cõsiliij sanioris, secundũ deũ, prouiderint eligendũ. **V**eruntamen constitutio cõciliij generalis lateranensis vltimi, de faciendis electionibus, firmiter obseruetur: eo q̃ ibi scriptũ est, q̃ electio aliter facta, nõ valet. De qua constitutione, quantũ visum est nobis sufficere, in præsentis loco: de verbo ad verbũ posuim; , sicut in decretalibus cõtinetur, in hũc modum. **N**e pro defectu pastoris, gregem dominicũ, lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis, ecclesia viduata graue dispendium patiat, volentes in hoc & occurrere periculis animarum, & ecclesiarum indemnitatibus prouidere: statuimus, vt vltra tres menses, cathedralis vel regularis ecclesia prælato non vacet. Infra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit: qui eligere debuerant, eligendi potestate careant, ea vice, ac ipsa eligendi potestas, ad eum qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur. Is vero ad quem deuoluta fuerit potestas, deum præ oculis habẽs, non differat vltra tres menses, cum consilio capituli sui, & aliorum virorum prudentium, viduatam ecclesiam, de persona idonea ipsius quidem ecclesiæ, vel alterius (si digna non reperiatur in illa) canonicè ordinare, si canonicã voluerit effugere vltionẽ. Quia propter diuersas electionum formas, quas quidam inuenire conantur, multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminet ecclesijs viduatis: statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumat ^{per notariũ publicũ} ~~tres de collegio, fide di-~~ **q**ui secreto & singillatim, vota cunctorum diligẽter exquisant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo

*Sept. 25. cap. 6.
Citra Conc. Trid.
honi trũ loco assu-
mit nãrius aliquis.
Semor, prior, singlos
aduorat. Vota qdẽ
sẽ nõ publi-*

B 3

prorsus

*amotantur per notariũ et colligunt; per eundem pariter ac priores s; nõ publi-
cantur.*

De electione prioris aut priorisse.

prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is (collatione habita) eligatur, in quem omnes vel maior & sanior pars capituli consentit. Vel saltem, eligendi potestas, aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium, ecclesie viduatæ prouideant de pastore. Aliter facta electio nõ valet: nisi forte communiter ab omnibus esset quasi per inspirationem, absq; vitio celebrata.

Hucusq; positum est, de prædicti concilij constitutione. Ad idem vero, qd ad faciendum scrutinium, adiungatur duo dicti priores prædictis tribus, de quibus loquitur decretalis. Cui autem per primam formam, scilicet per viam scrutiniij, ad electionem proceditur, obseruandum est, primo vt scrutinium fiat in tali loco, qd scrutatores ab omnibus videantur, & a solis scrutatoribus ille qui nominat audiatur. Et tres scrutatores qui de colle-

gio eligentium assumuntur, ad inquirendum voluntates singulorum, primo seipsos scrutabuntur, & postea singillatim secrete reliquos fratres, vno ex ipsis vice omnium, vnumquẽq; electorum adiurante. Secundo, vt statim vniuscuiusq; voluntatem in scriptis redigant, per se vel alium. Tertio, vt cõtinuo, dictas vo-

luntates & scriptas, publicent in communi audientia. Quarto,

vt publicatis voluntatibus, fiat collatio dictarum voluntatum: vt ille qui habet voluntates maioris partis conuentus, siue eligentium, mox eligatur in priorẽ domus ad quã nominatur. Quinto, vt vnus ex senioribus illius maioris partis, vice sua & sociorum suorum, electionem pronunciet, per verba singularis numeri: petens eam a prioribus confirmari. Et hæc prædicta fieri debent vnico contextu: ita vt ad alia interim non diuertatur.

Postea priores ad confirmandam electionẽ vocati, anteq̃ confirment, proclamationem coram toto conuentu faciãt: vt si quis aliqua dicere vel procurare voluerit, contra formam electionis vel contra personam electam, facultatem & tempus opponendi habeat. Et ad certum tempus, saltem per vnã diẽ ad minus, cõfirmatio differatur. Et si certam causam aliquis opponat, propter quam electio non debeat confirmari: differatur

confir-

A priores cũ nõrio

vacat mo do.

vacat.

4

De electione prioris aut priorisſe.

23.

confirmatio, donec diſcuſſa cauſa, veritas & ſufficientia oppoſitionis, a confirmatoribus cognoscatur. Si autem iuſta fuerit oppoſitio, non confirmetur: quia nullius eſſet valoris. Hæc proclamatio, & iſte modus ſeruandus eſt: etiam ſi communi cõcordia electio fuit celebrata. Si autem in forma electionis erratum eſt: poterit electio de nouo repeti, nec perſona electa ex hoc eſſicitur minus idonea. **Sciendum**, quod ſi omnes de conuentu nominant ſcienter indignum: tunc per priores, eodem reprobo, electio deuoluitur ad domum ſuperiorem, vel ad ipſos vocatos priores, ſi conuentus vbi electio celebratur maluerit. Si autem aliqui nominant ſcienter indignum: electio ad reliquos qui huiusmodi electioni non conſenſerunt, deuoluitur. **Cũ**

vero per ſecundam formam, ſcilicet per viam cõpromiſſi proceditur, & aliqui ex his in quos compromittitur, de conuentu fuerint: non poſſunt eligi in quos compromiſſum eſt, niſi additum fuerit in compromiſſo, quod poſſunt eligere, ſiue de ſeipſis, ſiue de alijs. Item electio talis, per aliquem ipſorum, per verba ſingularis numeri, eſt pronuntianda. Deinde a confirmatoribus eſt facienda proclamatio: & terminus opponendi ſtatuendus.

Et notandum, q̄ per viam compromiſſi, non debet procedi, niſi omnes in hoc conſenſerint: nam ſi vnus nollet per eam procedi, tunc non valeret. Via enim ſcrutinij magis eſt de neceſſitate.

Tertia forma eſt, per inſpirationem. Et talis præſumitur ſubornata: niſi fieret de perſona famoſa & excellenti, de qua diu dicebatur cõmuniter, quod digna & vtilis eſſet ad regimen, tam in ſpiritualibus, q̄ in temporalibus. **Item per viam cõpromiſſi fieri poſſet electio, vt cõpromiſſarij volũtatibus omnium in quæſitis, illũ in quẽ maior pars cõſenſerit eligere teneatur.**

In electione monialium, priores ſtatuta non legunt: ſed in aliquibus conuentibus, cantrix legit in præſentia priorũ & conuentus. In alijs vero cõuentibus capitulum iſtud legitur in reſectorio. Debent ergo priores a talibus (poſt exhortationẽ factã) perquirere an ſtatuta in reſectorio lecta ſint. **His ita peractis**

idem

De electione prioris aut priorisſe.

idem prior proponit fratribus per quã viã velint procedere. Et si via ſcrutinij magis placet: ſtatim a conuentu eligēdi ſunt tres ſcrutatores de conuētū, quos voluerint. **F**requentius tamen eliguntur tres ſeniores. **S**crutatoribus electis, omnes redeunt ad chorum, ſtantq; in ſedibus ſuis, & viſitatores cum ſcrutatoribus trãſeunt ad altare. **T**unc ſenior prior, in medio altaris ſtans, vertit ſe ad conuentum, & pronunciat ſonora voce dicens,

Forma præcepti, de faciēda electione.

Autoritate capituli noſtri generalis / precipimus vobis electoribus / quatenus ſecundum deum et conſcientiam veſtram / ſicut melius poteritis / talem de ordine noſtro et capitulo / in domo iſta vel extra / eligatis in priorē: qui quantum fragilitas humana permittit / vita / ſcientia / et etate / dignus et idoneus / ad officium prioratus eſtinetur.

In domibus autem extra gremium capituli, non dicitur autoritate capituli: ſed autoritate reuerendiſſimi domini **N.** epiſcopi traiectenſis, vel cameracenſis &c, nobis in hac parte commiſſa. **A**ut ſi cōmiſſio fuerit apoſtolica: illa exprimitur. **D**einde ſi ſupprior cum duobus ſenioribus fuerint ſcrutatores: ſenior adiurat ſuppriorem. **Q**ui ſtatim eligit. **E**t poſtea ſupprior adiurat eundem ſeniorē & reliquos omnes. **H**ęc adiuratio habetur loco iuramenti: quæ ſi omiſſa fuerit, non propter hoc electio viciatur. **N**am licet iuri conſona ſit, vt per eam, ad eligendã perſonam magis idoneam, adiurati fortius conſtringantur: nõ tamen eſt neceſſaria. **Q**uia in capitulo, quia propter, nulla de ea fit mentio.

Forma adiurandi electuros.

Frater **V.** adiuramus te / in ſpiritu ſancto / et meliori modo / quo poſſumus et debemus: quatenus canonicum noſtri ordinis / in domo iſta vel extra / eligas in priorē huius domus / quem ſecundum deum et conſcientiam tuam / quantum fragilitas humana permittit / dignum et idoneum eſtimas / ad officium prioratus.

Forma

De electione prioris aut priorisse.

Forma dicendi in electione.

Ego frater .vii. consentio in fratrem .vii. et ipsum eligo in priorem huius monasterij.

Forma dicendi in postulatione.

Ego frater .vii. consentio in fratrem .vii. et ipsum postulo in priorem huius monasterij.

Forma adiurandi moniales, quam ^{senior prior facit.} ~~supriorilla~~ vel senior facit.

Suster .vii. wy besweren v/inden heilighen gheest/ende inder beste manieren/als wy vermoeghen ende sullen: dat ghi een canonisse deses huys / oft andersins buy ten /kiest in een priorinne van deses huys/ die ghi nae god / ende vwer conscientie/alsoe veel als de menschelijcke crancheit verhenget/weerdich ende bequaë meent te wesen/van leuen/ van wijsheyt/ende van iaren/totter officien der priorinschap.

Forma dicendi in electione.

Ick suster .vii. consenteer in suster .vii. ende die kiese ick in een priorinne deses cloosters.

Forma dicendi in postulatione.

Ick suster .vii. consenteer in suster .vii. ende die begheer ick in een priorinne des cloosters.

Excommunicatus maiori excommunicatione, nec eligere potest nec eligi. Et si talis scienter admittitur: totus actus electionis viciatur. Minori vero excommunicatione ligati: eligere possunt, sed non eligi. Secundū cōstitutiones nostras, ad subdiaconatū non promoti, nō professi, criminosi quibus ab omni disciplina & pœnitētia absoluti (nisi eis vox expresse restituta fuerit,) leprosi, excommunicati, suspensi vel interdicti, nec eligere possunt nec eligi, nec ad electionem cum alijs sunt admittendi. Qui vicesimum quintum etatis suę annum non attigit, aut qui post professionem suam tres annos, in domibus nostris laudabiliter nondum steterit: non potest eligi in priorē, absq; consensu capituli nostri generalis. Similiter qui de ordine nostro apostatuerit

*Discreti in Capto
de liberali an
1604. M. for.
ad q. 6. d. 1.
de elect. c. 1. n.
p. 1. c. 1. g.
ad for. sp. d. 1.
antiquos cano.
de p. m. t. r. a.
de sancta Gari
Concil. Trid. c. 1.
de off. 22. ca. 4.
de reforma.*

*Concil. Trid. de sancto Religiosorum coenobio et
monasteria nō sōprie q. d. d. m. t. r. a. de clava. c. 1. d. 1.
valde congrua ratione destinati ad m. h. p. d. a. n. d. a. b. C. o. n. c. i. l. y.
dubitationes prohibet. q. d. s. i. m. i. l. i. t. e. r. p. o. s. s. i. t. m. o. r. a. l. e. s.
c. 12.*

vel alias criminofus fuerit : eligi non poteſt.

Renunciantes voci ſuę : inter electores non ſunt computandi, nec poſſunt impugnare quod fit per alios, neq; reſumere vocem ſemel reſignatam per totam illam electionem, niſi dicant, reſigno pro iſto ſolo actu. Male etiam agunt, qui permittunt eligi indignos, vel inſufficientes : renunciantes voci ſuę, ne notentur vel alio humano reſpectu. Et facile poſſet in hoc conſiſtere peccatum. Tales etiam frequenter notantur de ambitione.

Poſtquam autem priores in omnium audiētia ſcrutinium publicauerint : iterum vertunt ſe ad altare, & dicit prior ſenior ſecrete collegę ſuo. Iam faciēda eſt collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum. Omnes qui ad ſcrutinium venerunt, fuerunt .xvij. Duo renunciauerunt vocibus ſuis : remanent itaq; quindecim eligentes. Ex his octo nominauerunt. **A.** & ſeptem. **B.** Maior ergo pars conſentit in. **A.** Et hæc pars videtur ſanior : quia ſunt viri timentes deū, ſemper integre fame, ſeniores, & in officijs conſtituti. Pars vero minor continet iuuenes & inexpertos. Videtur etiam hæc pars maior, bono moueri zelo : eo q̄ talem elegerunt, qui longo tempore in ordine probatus eſt, & bonę vitę & conuerſationis ſemper extitit. Iuniores vero, qui. **B.** elegerunt : videntur diuerſo zelo moueri, vt poſte qui libertatem carnis magis quærāt quam ſpiritus. Etiam. **A.** quem maior pars elegit maioris videtur meriti : quia modeſtus, prudens, literatus, nobilis, prouectę etatis, &c. Collatione ſic facta : iterum ſe conuertunt ad conuentum dicentes **Dilectiſſimi** fecimus collationem numeri, meriti, & zeli : & maior pars, qui & ſanior eſtimatur, conſentit in. **A.** Proinde ſi placet : eligatur à vobis omnibus communiter & concorditer, ita vt vos qui minor pars eſtis, accedatis ad partem maiorem. Hoc erit magis pro honore & pace, &c. **Quibus** accedentibus, aut etiam tacentibus : procedit ſenior partis maioris, & in genibus ante patres procumbens, dicit ſonora voce.

Forma pronunciationis electionis.

Ego

Ego frater. **¶** pro me et mihi adherentibus / eligo fratrem
¶ in priorem huius domus / et peto hanc electionem / per
vos confirmatores confirmari.

¶ Moniales dicunt sic.

Ick suster. **¶** voor my / en voor die ghene die mij aenhangē.
Eiese suster. **¶** in een priorinne deses huys / ende beghere dese
electie van v confirmeerders gheconfirmeert te werden.

Si autem electores in scrutinio concordare nequiverint, vt ad
maiolem partem totius conuentus perueniant : poterit scruti-
nium repeti. **E**t debet tunc iterum fieri adiuratio. **Q**uod si nec in
secundo aut tertio scrutinio concordare potuerint, aut vota per
māserint equalia, ac per viam cōpromissi procedere noluerint,
sed vtraq; pars pertinax in sua opinione permanserit : recedere
possunt priores vocati, ad domos suas, & scribere priori superi-
ori vt ipse de rectore aut priore illis provideat.

Electione vt prædictum est facta : dicit prior senior.

Dilectissimi / antequam ad confirmationem procedamus :
tres terminos opponendi vobis prefigimus / vt si quis ali-
quid velit procurare / attentare / vel dicere / contra formam
electionis / vel contra personam electam / aut contra ipsos
electores / tempus congruum et sufficiens habeat. **E**t pri-
mus terminus erit hora prima / secundus post vesperas / ter-
cius crastina die septis finitis.

¶ Forma dicendi in quolibet termino oppositionis

Fratres dedimus vobis istum terminum opponendi. **S**i
quis igitur quicquam vult agere / dicere / attentare / vel pro-
curare contra personā electā / vel cōtra formā electionis / aut
cōtra electores : libere dicat / primo / secūdo / tertio / et quarto
ex abundantia. **O**mnibus tacentibus : subiungat senior prior.

Ex quo nemo aliquid dicit / aut proponit : primum termi-
num declaramus elapsum.

Si aliquid oppositum fuerit : dicetur opponenti. **P**utas te
hoc posse probare. **S**i autem quod opponitur aut obijcitur
electo,

De electione prioris aut priorisſe.

electo, falsum fuerit inuentum: oppositentes excluduntur a prosecutione negotij, & puniuntur perinde ac si defecissent in probatione omnium obiectorum. De elect. c. Si forte, li. 6. Preterea, obijciens aliquid & nõ probans: a beneficijs ecclesiasticis per triennium est suspensus. De elec. Stafuimus li. 6. Tercio itaq; termino transacto, dicit. Ex quo nemo aliquid dicit aut proponit: tertium & vltimũ oppositionis terminum etiam declaramus elapsum. Et intendimus ad confirmationem procedere.

Vocato igitur electo, & prostrato: requiritur eius consensus primo cum lenitate perẽdo, secũdo seriosius exhortando, vel si opus fuerit, etiã præcipiẽdo. Nemo enim (iuxta mandatũ apostolicũ) electioni de se factę renunciare potest, nisi de cõsensu capituli generalis aut prioris superioris, aut priorũ ad electionẽ vocatorũ. Habito electi cõsensu: legitur cõfirmatio q̃ talis est.

Nos fratres. ¶ prior domus. ¶. Et. ¶. prior domus ¶. per capitulũ generale deputati/visitatores domus huius et assumpti/nec nõ vocati ad interessendum electioni noui prioris (nouę priorisſe) et ad eandem confirmãdum: electionem de fratre. ¶. (de sorore. N.) per vos canonice celebratã ex quo nemo est qui se opponat aut contradicat/ratificamus et approbamus. Et quia dictus electus (dicta electa) in eam iam cõsensit/autoritate dei et capituli generalis in nomine domini confirmamus. Et si quid in electionis istius forma vel substantia omissum est/aut alias qualitercunque erratum: illud autoritate priuilegiorum/ordini nostro/per sedem apostolicam cõcessorum/supplemus/in nomine patris et filij et spiritus sancti.

Forma confirmationis electi absentis, & quando confirmatores non sunt visitatores.

Nos fratres. ¶. prior domus. ¶. et ¶. prior domus. ¶. deputati/et vocati ad interessendũ electioni noui prioris/et ad eandem confirmandum: electionem de fratre. ¶. per vos canonice celebratã/ex quo nemo est qui se opponat
aut

aut cōtradicat/ ratificamus approbamus et auctoritate dei et capituli nostri generalis cōfirmamus ita vt cū electus suum adhibuerit consensum: statim hæc confirmatio sūū sortiatur effectum **E**t si quid in elecionis istius forma vel substāria omissum est/ aut alias erratum: illud auctoritate priuilegiorum/ per sedem apostolicam nobis concessorum/ supplemus/ in nomine patris et filij et spiritus sancti.

*nam potentis
Benedictio de patre et filij
et sp. dicitur sup. vos et
maneat sp.*

Deinde dantur ei clauēs, crumena, & sigillū cū plena auctoritate ligādi atq; soluendi. **P**ost hæc cōuentus chorū repetit, & electus, per priores in templū & chorū introducit, vsq; ad gradus sanctuarij, vno iuniorū inchoante antiphonā intret. **E**lectus vero prosternit se, prioribus astātibus. **D**ecātato psalmo **E**cce bonum, cum gloria patri & añ. **I**ntret oratio mea in conspectu

*# dicente ei priore
seniore: Accipe
plena aucte epā lū
et spū lū, añ. et
corperum t'noie p'is
et filij + et sp. s. t.*

tuo dñe, subiūgitur Kyrieley. **C**hriste eley. **K**yrieley. pater n'r. **D**e inde prior (si presens fuerit) aut supprior, stans iuxta electū dicit.

*hæc añ. Intret
habet: cū notū
suis fecit. 6. pri
me anto psal. Mi
sericordias dñi.*

Et ne nos. **S**aluum fac seruum tuum / **M**itte ei domine auxilium de sancto. **E**sto ei domine turris fortitudinis. **D**omine exau. **D**ominus vobiscum. **O**remus.

Omnipotens sempiternæ deus qui facis mirabilia magna solus preterende super famulum tuum dexteram celestis auxilij/ et vt in veritate tibi complacet / perpetuum ei rorem tue benedictionis infunde. **D**eus a quo sancta desideria/ recta consilia/ et iusta sunt opera/ da seruis tuis / illam quam mundus dare non potest pacem/ vt et corda nostra mandatis tuis dedita/ et hostium formidine sublata/ tempora sine tua protectione tranquilla. **P**er christum.

Quibus expletis eleuantes eum, ducunt ad sedem suam, & campana pulsatur, ac **T**e deū solenniter cantatur, cum versiculo.

Benedicamus patrē et filium cū sancto spiritu. **O**remus.

Omnipotens sempiternæ deus/ qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei/ et æternæ trinitatis gloriā agnoscere: et in poteria maiestatis adorare vnitatē/ quesumus vt eiusdē fidei firmitate/ ab omnibus semper munitamur aduersis: **P**er

De electione prioris aut priorissę.

christum dominum nostrum.

Factaq; oratione: ingrediuntur domum capituli, & assidentibus prioribus confirmatoribus accedens senior ad priorę, interrogatus ab ipso. **Promittis obedientiam secundũ regulam beati Augustini/ et secundum constitutiones capituli nostri generalis?** Inferens manus intra manus prioris, respondet **Promitto.** Similiter faciunt & alij omnes, etiam donati.

De postulatione.

Publicata scrutinio & collatione facta, si maior & sanior pars aliquem postulauerit idoneum, senior inter eos flexis genibus pronuntiabit postulationem in hunc modum.

Ego frater .N. pro me et meis adherentibus postulo fratrem .N. in priorę huius domus/ et peto hęc postulationem per capitulum generale vel priorę superiorem admitti.

Deinde seruantur termini oppositionum, quibus seruatis: nihil faciendum restat, donec postulatio a priorę superiore vel admissa fuerit, vel denegata. Veruntamen postulationi, prior superior non consentit: nisi fiat nomine totius conuentus, & duorum priorum prædictorum. Conuentus igitur scribere debet quamprimũ priori superiori literas, cõuentuali & duorum priorum sigillis munitas, petens vt postulationi factę, pium præbere dignetur assensum. Superior audita postulatione nõ debet dicere, postulationę vestram cõfirmamus: sed admittimus. Et hęc admissio habet effectum electionis & confirmationis. Et postulatus consequitur ius, ac si electus & confirmatus fuisset: nec indiget alia electione vel cõfirmatione, sed debet per suppriorem & seniorem domus introduci, in desponsatam sibi ecclesiam, cum ceremonijs & solęnitatibus ad hoc requisitis. Si vero priores præsentés fuerint: vocare possunt postulatum ad mattã, eiusq; consensum exquirere. Quo habito: sic dici potest. **Nos fratres .N. prior domus .N. et .N. prior domus .N. vocati nuper et assumpti / ad interessendũ electioni seu postulationi noui prioris/ scientes quod concorditer / nullo contradicen-**

tradicente cōsensistis in fratrem. **N**. ipsunque in pastorem et priorem huius domus / a venerabili priore superiore postulastis / qui postulationi vestre / pium prebens assensum / eam suis liceris testificantibus admisit : quam et nos ex abundantia / auctoritate capituli generalis / ratificamus et approbamus. **E**t si quid in istius postulationis forma vel substantia / omissum est / aut alias qualitercunque erratum : illud auctoritate privilegiorum / ordini nostro / per sedem apostolicam concessorum / supplementus. **I**n nomine patris et filij et spiritus sancti. **D**einde dantur ei, crumena, sigillum, & claves cum plena auctoritate ligandi & soluendi. **E**t solenniter ad ecclesiam ducitur, &c.

De forma compromissi.

Secunda electionis forma est, quę dicitur compromissi. **P**er quam tamen non debet procedi, nisi omnes voluntarie & expresse in hoc consenserint. **N**ā si vnus nollet : non valeret cōpromissum. **Q**uia in re cōmuni, potior est cōditio prohibentis. **N**ec valet compromissum factū ab vno nomine omnium alijs presentibus & non contradicentibus : quia cum res ista non sit leuis sed magnę importantię : debēt singillatim omnes inquiri & expresse consentire, etiam infirmi. **I**n re enim onerosa & graui debet interuenire cōsensus expressus, nec taciturnitas habetur pro consensu. **E**t quod omnes tangit : debet ab omnibus approbari de reg. iu. lib. vi. **P**ropterea si fiat electio per compromissarios, vno contradicente : est nulla. **N**ec potest iustificari per ratificationem cōtradicentis postmodū subsequatā : quia quod nullū est, ratificari nō potest. **L**icet secus esset, si non contradicente, sed cōtempto aliquo absente fieret compromissum. **T**unc enim, quia nō est nulla, ratificari potest legitime per absentem. **V**ia itaq; scrutiniij, magis est de necessitate : sed graue est per eā procedere, propter multa requisita, quibus omissis, electio est nulla. **E**t facile in ea erratur, adeo vt etiam iurisperiti, eius practicam ignorantes, interdū deficiant. **I**nsuper periculosa est religiosis & simul

A De electione prioris aut priorisse.

viuentibus, maxime feminis, quia cum intelligūt aliquos dedisse voces suas nō quomodo vellent, cōcipiunt passiones. **E**t sepius sine eligentes aliquo humano respectu: nō eligūt secundū iudiciū conscientiarū. **A** Est ergo via cōpromissi tutior & securior, præcipue illa quæ media est, inter formā scrutiniij & cōpromissi, siue ex vtraq; mixta, videlicet quando cōpromittitur in aliquos sub hac forma, vt inquisitis singulorum voluntatibus, illum eligere teneantur, in quem maior & sanior pars consenserit. **P**robatur hæc forma. de elec. cū expedit. **P**robatur & in statutis nostris. **E**t secundū. io. an. hæc via hodie ceteris est melior & expeditior, quia contentiones multæ, quæ alias oriri possunt, per hanc remouentur. **E**t continet manifestam æquitatem: quia reseruetur vniciq; ius suum quo ad consensum, quod non fit in simplici compromisso. **A** Vbi ergo per viam compromissi procedendum est: requirendi sunt singillatim singuli. **Q**uibus omnibus cōsistentibus: interrogetur cui vel quibus velint cōmittere vices suas. **S**i autem (vt frequenter euenit) de compromissarijs nequeant conuenire: tunc vt citius ad concordiam veniatur, possunt vni vel pluribus qui eos vice omnium eligant, committere vices suas. **P**otest etiam compromitti in vnum solum. **E**t ipsi cōpromissarij possunt esse de gremio vacantis ecclesie vel etiam alijs unde, dum tamen nō sint laici, aut maioris excommunicationis vinculo innodati vel suspensi vel interdicti. **A** **C**ompromissarij concorditer electis, potest eis præfigi ad eligendum terminus. **A**lioqui habebūt totum tempus quod cōpromittentibus restabat. **E**t statuunt aliqui candelam ardentem, vt si ea finita nō elegerint: electio ad conuentū reuertatur. **P**ossunt etiam compromissarij coartari, ad certum modum prouidendi: videlicet vt eū eligant, in quem maior pars consenserit. **V**el possunt eis presentari seu nominari duo vel tres, vt ex illis eligant vnum. **D**e vno vero siue de certa persona eligenda, compromissum non valet. **V**el potest eis dari libera & nō restricta potestas eligendi quemcunq; voluerint in domo hac vel alia. **N**on autem valet cōpromissum

missum, sub hac forma, vt quis secreto & singillatim votis singulorum exquisitis, illum eligat in quem plures de capitulo partium comparatione minorum consenserint, licet consentientes maiorem partem totius capituli non attingant, de elec. Si cui lib. 6. Retra quia compromittentes non plus iuris quam habent transferre possunt. Et certum est quod canonici non potuissent eligere nisi illum in quem maior & sanior pars totius capituli consensisset, igitur ipsi non potuerunt compromittere in aliquem vt ipse eligeret illum in quem maior pars comparatione partium consensisset. Et talis electio, quia est contra formam generalis concilii, quia propter, non tenet, etiam si omnes consentiant. Quia iura voluerunt certas formas seruari. Et quod nullum est ab initio: per subsequenter consentum non potest conualescere, de elec. Auditis. Et sic compromittentes, priuari possunt, ea vice, potestate eligendi vt dicit glo. de elec. Si cui, in verbo firmitatis. Compromissarii si non restringantur, omnimodam habent potestatem quo ad eligendum, quam habebant compromittentes, hoc solo dempto quod non possunt hanc potestatem in alios transferre. Dubitatur vt in patres confirmatores compromitti possit. Inconueniens enim videtur, vt ipsi a seipsis confirmari suam electionem petant. Ad hoc respondet pan. de elec. cap. causam. quod confirmatores possunt esse compromissarii. Et debent tunc primo eligere tanquam compromissarii, & postea confirmare tanquam confirmatores. Non enim possunt vnico actu hec duo expedire tanquam per viam prouisionis, dicentes, prouidemus vobis, &c. Et pro inconuenienti supradicto vitando: suadendum est conuentui, vt duobus prioribus adiungat, compromissarium tertium, & per illum fiet electionis pronuntiatio. Expedit autem, vt omnes compromittentes se subscribant sub hac vel simili forma. Nos N. supprior, & reliqui fratres infra scripti, totum capitulum representantes, vnanimiter compromissimus in N. & N. vt ipsi voce omnium nostrum eligant, postulent, aut prouideant nobis virum bonum huius vel alterius domus, quem secundum dictamen
sua

ſuæ conſcientiæ quantum humana fragilitas permittat, ad pri-
 oratus officium dignum & idoneū iudicauerint, hæc adiecta cō-
 ditione vt trium horarum ſpatio id faciant. **Vel ſic. Vt eum no-**
 bis præficiant, in quem maior pars &c, promittentes illum ſine
 cōtradictione aliqua cōcorditer nos receptuors in prælatū quē
 ipſi duxerint eligendum. **In cuius rei teſtimonium, ſinguli no-**
 mina noſtra hic adſcripſimus. **Nota** q̄ compromittentes te-
 nentur recipere electū a compromiſſarijs, niſi cōtra formam cō-
 promiſſi eum appareat electum, aut niſi fuerit indignus. **Nam**
 dantes poteſtatem eligendi prælatum vel alium officialem: vi-
 dentur intellexiſſe de idoneo. **Vnde electus per eos, ſi non eſſet**
 idoneus: non tenerentur eum recipere. **Compromiſſarij e-**
 tiam adiurari debēt, niſi in priores confirmatores compromiſ-
 ſum fuerit. **Similiter ſi ſingulorum vota requirēda ſunt: ſinguli**
 adiurari poſſunt. **Non tenentur compromiſſarij in electione a-**
 liquam ſeruare formam niſi q̄ electio fieri debet per verba ſin-
 gularis numeri vice omnium. **Et quādo in plures compromiſ-**
 ſum eſt: pars minor ſequi debet partem maiorem, niſi forma cō-
 promiſſi habeat, q̄ omnes compromiſſarij, de vno concordare
 debent. **Poteſtas data compromiſſarijs ad eligendum prælatum:**
 re non integra reuocari non poteſt. **Et deſinit res eſſe integra:**
 poſtquam compromiſſarij inceperunt habere tractatum. **Alias**
 compromiſſarij reuocari poſſunt. **Nam id quod conſenſu con-**
 trahitur, contraria voluntate tollitur. **Non tamen ab vno aut a**
 minori parte: quamuis ab initio vnus ſolus prohibere potuit.
Nam ea quæ faciunt ſinguli, nō vt ſinguli, ſed vt capitulum: nō
 poſſunt ſinguli reuocare. **Et nota quod quīs poſtulātes poſſunt**
 recedere a poſtulatione antequam poſtulatione ſit ſuperiori præ-
 ſentata, ſi tamē compromiſſio facta eſt, & fides præſtita, q̄ illum
 recipient quem compromiſſarij eligent, non poteſt a poſtulatione
 recedi, niſi etiam ipſi compromiſſarij conſentirent ante poſ-
 tulationem præſentatam. **Nec poſſunt compromiſſarij eligere**
 ex ſeipſis: niſi forma compromiſſi hoc habeat. **Nec poſſunt a**
 data

data ſibi forma recedere. **Q**uod ſi fecerint: irritum eſt & inane quod per eoſdē factū fuerit. **E**t ſi elegerint indignū: electio regreditur ad conuentum. **E**t ſi ſcienter id fecerint, & de cōuentu fuerint: priuantur poteſtate eligēdi. **S**i vero ignoranter, aut ſi electus ab eis cōſentire noluerit: nihilominus poteſtas regreditur ad conuētum, cum cōpromiſſarij ſuo functi ſunt officio. **S**i autē conuētus indignum ab eis electum receperit aut ratificauerit: eligēdi poteſtas, deuoluitur ad priorem ſuperiorē. **Q**uid ſi in ſcrutinio, ſecundum formam hanc mediam, nō perueniatur ad partem maiorē capituli: an ne valeret accessus? **D**icendū, q̄ non, quia vota tunc non manerent ſecreta, & neceſſe eſſet publicare ſcrutinium, quod eſt contra formam compromiſſi, a qua recedi non poteſt. **S**i cōpromiſſarij fuerint de collegio: ſcrutabūtur ne inter ſe etiam ſua vota: an eligent tantum illum in quem maior pars aliorū concordauerit. **V**idetur, quod etiā ſcrutabuntur vota ſua. **N**am quīſ in eis compromiſſum ſit vt ipſi ſingulorū vota ſcrutentur: non tamen deſinunt eſſe membrum capituli. **I**n hac via media, ſiue in limitato compromiſſo (vt dicit lopus) ſufficit conſenſus maioris partis totius capituli, ſed in cōpromiſſo ſimplici, oportet vt omnes conſentiant, & ſi vnus ſolus cōtradiceret, non poſſit procedi per eam. **R**atio eſt, quia in limitato cōpromiſſo quemadmodum & in ſcrutinio, relinquitur vnicuiq̄ ius ſuum, nec alicui ſit preiudicium, cū quilibet nominet quem vult. **C**um iam compromiſſarij de certa perſona concordauerint: fratres omnes conuenire debent ad chorum ſiue locum vbi electio fieri conſueuit, & ibi ab vno compromiſſariorū pronuntiēda eſt per verba ſingularis numeri, ſub hac vel ſimuli forma. **E**go. **N.** vice mea & compromiſſariorum meorum, eligo in priorem huius domus fratrem. **N.** & peto hanc electionem per vos confirmatores confirmari. **D**einde ſeruabuntur proclamationes & reliqua.

1. Inferius valeat ambulare, refrigerant^r de licentia presidentis
h^o refectioⁿis apud forum Regium, Infermario est necessaria
providentia.
2. Post Completorium usq; ad primas sequentes nullus Bibliotheca^r
ingrediat^r, nisi ibid; lecturus matutinas foret.
3. Solarium, quod est sup; Dormitorium dicto h^o primo ascedat,
aut ad Barnustiam descendat.
4. Quicunq; in Regiis suis itinerabit ad personis extraneis
vtriusq; sexus, aut in tales recessus ad se vocabit, aut
vocari procurabit, careat vob; regis sui sequitis.
5. Cui; spariandus erit (et in diebus minutionum) fies ita
eant, stent, et redeant, ut singuli singulos videant,
contrarium facientes in mensis prioris in Refectorio venia
potant.
6. A spatiamtibus aut vix nisi de licentia presidentis
se subtrahentes, intra abitus se recipiat, sub ead; poena.
Cui; et transi vitarulid sumit, vob; fies redeant sub
eadem poena.
7. Ad loquendum feminis, fies no; debent monasterium, s;
t^r loquentur in locutorio an; rancellos, cum; foris vel
foris a presidenti deputandis.
8. Cui; aut; ad vob; sparianda erit, quod raro fiat, post
spatiamtibus statim fies in presidenti monasterium in;
trahunt, loquentur modo quo sup; si placet.
9. Si quis de matutinis vel primis remaneat indyndit
q^uo; seipsum; circa principiu; sarud; horaru; in regem tenet,
et, et rancellu; optimis, licentia p^ostet. Qui; contra
fecerit, totius, quodlibet, ad gradus sanctuaru; h^o grati
generando se familiarit.
10. Sunt de laudabili, et approbata consuetudine nemo fies
rellay ligatoria, vel Barnostia absq; licentia presidenti
ingredit^r, sit simili modo de rella deputatoria nemo
p^ocuratoris vtriusq; rancella deinceps obsuadu erit.
11. Post spatiamtibus no; ministrabit^r vinu; in rancella hospitii
de gra; hospitii eis propinatu.

Commissio S. S. Sicutia.

Valde ad sui observantiam legum vobiscum
 canonicis, qui diuturna sua consuetudine faci-
 liore multo ipsam reddidit et facit, et officio
 quo amore trahit ad se humanos animos, ut
 prompti, atque letabiliter observent, quod de
 novo institutum, forsitan non ita vobis fuisse
 gratum.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

In Principio Statutorum

Quemadmodum subimus ad litteras
Statutorum f. d. non modo ad
audienda veritatem ad ea obser-
uanda Nam si per se invicem
Summa cum diligentia bona terra
in ipso dno consideramus. In ante
multis calamitatibus et flagitio
subiungimus. Et itaque bona terra
considerat et divina flagitia
ad hunc valentem assensu
animis et animis audiendum legentem
et faciendum quantum fieri potest

Præmium in constitutiones Capituli generalis Vvinden-
semensis.

A

Quoniam ex precepto regule, iubemur habere animam
vnam & cor vnum in domino, iustum est, vt qui sub
vna regula, vniusq; professionis voto, deo milita-
mus, conformes in obseruationibus canonicę reli-
gionis inueniamur: quo vnitatem que interius est in cordibus,
pre se ferat foueatq; vniformitas, exterius seruata in moribus.

Quod profecto melius perfectiusq; fieri poterit: si que agenda
sunt, & quo pacto queq; decet suam instituere vitam, scripto tra-
dantur: si nulli quicquam vel addere vel demere, propria au-
toritate liceat: ne si minima neglexerimus, paulatim defluam?.

B

In his tamen que ad obseruationes & exercitia corporalia
pertinere videntur, prior quisq; in suo conuentu, habet potesta-
tem dispensandi, quum equum visum fuerit, & ratio postulauerit:
vt ipse tanquam fidelis dispensator, vnicuiq; prout cuiq; opus
esse perspexerit, studeat impertiri. Ipse etiam vtatur dispensati-
one sicut alij fratres. **S**i quis autem diutius aut continue, ne-
cesse habeat communis institutionis rigorem sibi relaxari, seu
propter debilitatem horis regularibus, conuentualiter soluendi
perpetuo interesse nequeat: concedente priore, necessitate
suam in capitulo, coram fratribus indicare debet, & misericor-
diam postulare. Quam si obtinuerit: vocem in tractatibus capitu-
laribus non habebit, nec ad aliquod officium promouebitur,
quam diu hac vsus fuerit gratia, nisi ad relationem visitorum,
capitulo generali secus visum fuerit.

C

Si quis vero a priore aut suppriori vel ab aliquo officiali
quicquam petierit, quod ei concedere noluerit: si illud securum
postulauerit, nequaquam omittat, quin in ipsa petitione di-
cat, alium id sibi denegasse. **V**t autem vnitati & paci domo-
rum nostrarum consulatur, volumus & declaramus, vt consti-
tutiones nostre, non obligent nos ad culpam, sed ad pœnam in
eisdem constitutionibus comprehensam, aut a priore vel visitato-

*Præmissa
Vt si sine causa
in possit infirmitate
pœna, potest ta-
mē sine culpa
Additio.*

D ribus

A ribus infligendam: nisi præceptum intercedat, aut contēptus.

¶ Capita primæ partis.

De diuisione constitutionum, & quando legende sunt. Cap. 1.

De congregando Capitulo generali. Ca. 2. fo. 31.

De impositione Capituli generalis. Ca. 3. fo. 33.

De electione definatorū, & quibusdā obseruationibus. Ca. 4. fo. 34.

De autoritate definatorum. Cap. 5. fo. 36.

De electione vocandorum ad Capitulum priuatum, & visitatorum, & conclusione Capituli. Ca. 6. fo. 38.

De autoritate prioris superioris, & Capitulo priuato. Ca. 7. fo. 39.

De nouis domibus recipiendis. Cap. 8. fo. 40.

B De visitatione. Ca. 9. fo. 41.

De electione & confirmatione noui prioris. Ca. 10. fo. 50.

¶ De diuisione constitutionum, & quando legende sunt. Cap. primum.

A Nno Domini sesquimillesimo quinquagesimo tertio, placuit Capitulo generali, librum cōstitutionum, rursus typis excudi, & in formam subsequenter redigi: appositis suis in locis, constitutionibus annis superioribus confirmatis, paucis præterea additis, vel mutatis, prout in marginibus annotatū est.

C ¶ Hoc autem opus diuisum est, in quatuor partes. Prima continet ea quæ pro communi statu, & conseruatione domorum nostrarum sunt instituta. Secunda tractat de fratrum & conuersorum officijs. In tertia agitur de ceremonijs, & obseruationibus generalibus: quæ magis ad fratres clericos quàm ad laicos pertinere videntur. In quarta vero, de conuersis, donatis, ac familiaribus, cæterisque domorum nostrarum ministris.

¶ Ea autem quæ non sunt expressa in aliqua quatuor partium: priorum arbitrio relinquuntur: ita tamen, vt ea quæ constituerint, non dissonent a constitutionibus, vel a generalibus domorum nostrarum consuetudinibus. Hac tamen occasione vel alia, nolimus domorū laudabiles cōsuetudines, quæ contra statuta

Capituli

De diuisione constitutionum. cap. 1.

31.

Capituli non sunt, leuiter a prioribus immutari. ¶ Nulla vero consuetudo contra constitutiones Capituli, vel etiã contra obedientiam, vigore vllum habere debet, aut quomodolibet ferri.

¶ Et ne per obliuionẽ aut ignorantiam aliquid negligatur: partium decreto constitutum est, vt tres huius operis partes, inter prandendum vel cenandũ, fratribus singulis annis prelegãtur.

Confirmatur
anno 1551.

A

B

Additum.

C

¶ Secũda vero pars similiter & tertia, singulis annis legãtur in cõuentu in domo capitulari uel alibi vsq; ad ca. de cõmissarijs monialiũ, dominicis & festis diebus (maioribus duplicib; exceptis) ab aduẽtu domini, donec cũcta plegãtur. Cũq; occurrerit quod minus rite fuerit seruatiũ: cõmuni cõsilio prouidendũ est, qua ratione ac modo emẽdari possit. Quod si emẽdatio nõ fuerit subsecuta: si prior in causa fuerit, priuatim per suppriorẽ aut alium quem de senioribus admoneatur: si alij in culpa sunt: denuncientur priori, vt eos corrigat aut castiget. Quod si nec ita secuta fuerit emendatio: reueletur visitatoribus, aut priori superiori, aut etiã (si opus fuerit) capitulo generali. ¶ Quarta deniq; pars, que ad conuersos seu laicos spectat, in vernaculam linguã translata, legatur coram eis in refectorio, vel alibi. ¶ Rectores quoq; & socij eorũ, similiter supprior, procurator, ceteriq; officarij, bis in anno, legant ea que ad suũ officium spectant. Quod si neglexerint: non absoluantur a suis prioribus, nisi condigna imposita pœnitentia. ¶ Ordinarium etiã officij diuini (ad quem tanquã constitutiones obligamur): legant sedulo & studiose, hi quibus necessariũ est, maxime iuniores, & qui parum vigent memoria, necnon hebdomadarij & cantores.

¶ De congregando Capitulo generali. Cap. 2.

Capitulum generale, in domo beatę Marię in Vvindefem, annis singulis, dominica tertia post festum pasche celebratur: nisi forte certa ex causa, ad determinatum tempus, & hoc consilio & consensu definitorum, oporteret illud alibi celebrari. ¶ Si autem intra annum in domo prædicta casus aliquis emerferit

D

emerferit

A emerferit, quo obstante Capitulum generale ibidem seruari ne-
 quiuerit: ad priorem superiorem, eiusq; conuentum spectat,
 significare per literas, vbi velit proximum Capitulum celebra-
 tum iri. ¶ Propter necessitatem tamen, vel euidentem vtilita-
 tem domorum nostrarum, potest eiusdem domus superioritas
 autoritasq; vna cum suis priuilegijs, ad aliud monasterium Ca-
 pituli nostri transferri: modo in duobus Capitulis cōtinuatis,
 omnes definitores in hoc cōsenserint. ¶ Ex vna domo plures
 quàm duo, ad capitulum sine speciali causa non veniant. ¶ Pri-
 ores viciniore, singulis annis adesse debent. Qui vero itinere
 dierum trium aut quatuor absunt: biennio ad capitulum se re-
 cipiant. **B** **V**ltra Vormatiam commorantes, tertio quoq; anno
 adsint. Poterunt tamen priores (vbi ratio postulauerit) sepius
 præterquàm scriptum est, conuenire. ¶ Cum prior quacunq;
 ex causa, ad capitulum venire nequiuerit: definitores causam
 cur minus licuit scribat. ¶ Quilibet etiam de domibus nostris,
 potest ea quæ sibi vel domui sue necessaria, vtilia, vel damno-
 sa videbuntur, capitulo generali vel priori superiori, per literas,
 vel personas domorum nostrarum intimare. Caueant tamen
 singuli, ne malitiose vel mendaciter de priore suo, vel de perso-
 nis ordinis, capitulo generali vel priori superiori scribant, seu
 denuncient: alioqui tanquàm falsarij, criminoforum pæna pu-
 niendi sunt, pro capitulo generalis voluntate. ¶ Nulla etiã do-
 morum nostrarum, aut persona aliqua prolixè aut sine causa,
 scribat capitulo generali: quod si fecerit, responsum non ex-
 pectet. ¶ Si quæ etiam aperte negligentie per visitatores, in vi-
 sitationibus proximè peractis cōmissè fuerint: domus visita-
 re scribere debent. ¶ Omnibus personis domorum nostrarū,
 districtè inhihemus, ne inducant suos fundatores, seu quoslibet
 alios, qui de ordine nostro non sunt, ad scribendū capitulo ge-
 nerali, pro seipsis, vel de factis domorum suarum particulari-
 bus, vel priuatis: nec etiam culpas aut penitentias personarum
 ordinis, extraneis reuelent villo modo: alioqui pro modo culpe
 puniantur



De congregando Capitulo, cap. 2.

33.

Puniantur. ¶ **P**riores non nimis tempestiue iter arripiant, vt ad capitulum veniant & nec in itinere constituti, notabiliter extra viam diuertant, nisi causam, prout in capitulo de priore continetur, prius indicauerint: si contrarium fecerint, ratione definatoribus, vel conuentui suo reddant. **S**ed nec ante sabbatum, domum in qua capitulum celebratur intrabunt. ¶ **V**enientes ad Capitulum, literas (si quas habent) secum deferant: sed & nomina defunctorum fratrum suorum, & aliorum, fraternitatem capituli habentium. ¶ **S**i quas elemosynas secum attulerunt in capitulo distribuendas: priusquam diuidantur, pronuncietur in capitulo. **R**ecipientes autem huiusmodi elemosynas, non detineant eas in diminutionem aliquam, si forte in causa ipsius, quicquam exposuerint: sed capitulo eas tradant, & ab eodem recipiant, quod exposuerunt. **I**dem etiam intelligitur, de contributione capitulo debita. ¶ **L**iteras quoque capitulo generali vel definatoribus missas, nullus detineat, vel aperiat: sine consensu definatorum, vel prioris superioris. ¶ **C**aveant etiam priores & socij eorum, qui ad capitulum veniunt, ne ociosis circuitionibus, aut intempestiuis colloquijs, quiete aut deuotionem fratrum domus in qua capitulum seruatur perturbent: quin potius (salua charitate fraterne allocutionis) studeant orationi & sacre lectioni operam dare, vt cunctis (sicut eos decet) exemplum prebeant religionis & vere pietatis, idque presertim ante primas, & post completorium.

De impositione Capituli. Cap. 3.

Igitur collecto patrum cetu, dominica tertia a festo pasche, facta cena, itur ad domum capitulari: ibique traduntur nomina defunctorum, & recitantur. **P**reces tamen pro defunctis, in diem sequentem differuntur. ¶ **S**ecunda feria, post primas, statim subiunguntur tertie: ac deinde missa de sancto spiritu, cantatur: que spectat ad priorem superiorem, vel cui ipse iniuxerit. **P**ostea cantatis sextis, & signo ad nutum prioris superioris pulsato,

D 3

omnes

A omnes in chorum conueniunt : legiturq; psalmus. Ad te leuaui &c. Gloria patri &c. Kyriel. **C**riste eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Saluos fac seruos tuos : Deus meus sperantes in te. Mitte nobis domine auxilium de sancto : Et desion tuere nos. **E**sto nobis domine turris fortitudinis : **A** facie inimici. **D**omine deus virtutum conuerte nos : **E**t ostende faciem tuam, & salui erimus. **D**omine exaudi. **D**ominus vobiscū. **O**remus. **D**eus qui corda fidelium, sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis, in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper cōsolatione gaudere. **P**retende domine famulis tuis, **B** dexteram celestis auxiliij : vt & te toto corde perquirant, & que digne postulant assequantur. **A**ctiones nostras quesumus domine, & aspirādo preueni, & adiuuando prosequere : vt cuncta nostra operatio, & a te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per christum dominum nostrum. ¶ **H**æc autem ab episcopo, si adsit, alioqui à priore superiore, vel eo qualibet ex causa non valente, ab alio antiquioris domus priore, dicenda sunt.

¶ **D**einde cunctis residentibus, sequitur concio seu exhortatio aliqua : quā facit prior superior, vel alius ab ipso præmonitus. ¶ **C**oncione peracta : cuncti ad domum capitularem redeunt, hospitibus tam religiosis, quàm alijs, qui de capitulo nostro nō sunt, foris remanentibus. **T**um vero, si quid literarum nondū lectū fuerit, legitur a priore superiore : eoq; inchoante psalmū **D**e profundis, legimus. **R**equiē eternā. **P**ater noster. **E**t ne nos. **A** porta inferi. **D**ominus vobiscū. **O**remus. **D**eus venie largitor &c. **D**eus cuius misericordię nō est numerus. **F**ideliū deus &c. ¶ **D**einde dicto a præsidēte, benedicite : legitur capitulū sequēs, in quo forma electionū & alia quedam seruanda, describuntur. **L**egitur & charta præcedentis anni, in qua nominatores, electores & definitores eiusdē anni cū definitionibus suis continētur.

¶ **D**e electione definitorum & quibusdam alijs. **Cap. 4.**

Vniuersis qui ad capitulum conuenerunt confidentibus, prior superior, aliquem expertum & idoneum nominat definitorū

definitorum electorem, de prioribus in eodem capitulo congregatis. Deinde tres priores, singuli singulos nominant. **V**bi tamen obseruandum, q̄ prædicti nominatores, annis singulis mutantur, ordine domorum nostrarum seruato: descendendo videlicet per singulos priores in capitulo præsentés, ab antiquiore vsq; ad vltimum inclusiue, priore superiore non mutato. **N**ec huic obstat ordini, si prior domus alicuius eo fuerit anno mutatus.

¶ Quatuor igitur electores, mox vt nominati fuerint, cum notario, paulisper secedant, breuiq; inter se communicato cõsilio, absq; vlla personarum acceptione, eligant duodecim definitores, pro sue arbitrio voluntatis, de prioribus in eodem capitulo congregatis, quos teste conscientia, idoneos iudicabunt.

¶ In electione definitorum obseruari cõuenit, vt excepto priore superiore, qui ex instituto semper est definator, nullus sit, vel eligatur definator, in duobus capitulis sibi succedentibus: nec ex ipsis electoribus, plures eligantur quàm duo. Electis definitoribus, & in schedula designatis: vnus eorum, nomine omnium, sub hac forma, electionem factã pronunciat. Ego frater. **N.** prior in. **N.** pro me & collegis meis, eligo in definitores huius capituli, venerabiles patres priores de **N.** &c.

¶ Quibus publicatis: statim in noua charta, prænotata, anno domini &c. nominatores, electores & definitores electi, describuntur.

¶ His rite peractis proponuntur proponenda: & notantur. Statq; qui proponit, siue sit prior siue alius: ceteris interim tacentibus. Proposita quoq; in capitulo generali, semper clauso seruanda sunt pectore: si tamen talia fuerint, quæ ad publicas aures non deferri, vel vtilitas exigit, aut suadet honestas. Qui vero silentio tegenda reuelasse deprehensus fuerit: iuxta modum culpe, legitime puniatur.

¶ Singulis diebus post primas & nonas, signum pulsatur: si semel pulsatum fuerit, cõueniunt tantum definitores: si bis, conueniunt omnes qui ad capitulum venerunt, cum conuentu domus.

¶ Quicunq; conuenturi sunt: statim facto signo, qualibet occasione postposita,

A ad quod vocantur, festinanter accedant. ¶ Quotiescunq; vel definitores, vel etiam ceteri congregati fuerint: prior superior dicit. Benedicite. ¶ Si quis exire opus habeat: petita licentia exeat, quamprimum reuersurus. ¶ Notarius etiã capituli, per definitores eligatur: nec nisi per capitulum varietur.

¶ De autoritate definitorum & forma statuendi quecunq;. Cap. quintum.

A Domnia igitur que proposita sunt examinãda, iudicanda seu terminanda: prior superior & ceteri definitores singulis diebus conueniunt. **B** Habitoq; super singulis annotatis diligenti tractatu, secundum deum, prout domibus nostris viderint expedire: plenaria potestate determinant, & scripto commendant. Et quicquid ab eis omnibus, vel saltem à maiore parte ipsorum definitum fuerit: autoritate apostolica, plenam habebit in omnibus domibus nostris firmitatem, donec anno sequenti, per capitulum generale, approbatum vel reprobatum fuerit. ¶ Si qui etiam patres non definitores, aut fratres, in definitorio quid proponendũ aut statuendum vtile iudicauerint, suis scriptis id definitoribus, aut priori superiori indicare possunt: quorũ intererit, quod propositum est, diligenter examinare, & determinare. **C** ¶ Porro si que de propositis non poterunt definiri, aut in eodem capitulo terminari, eo q; forte altiorẽ habeant questionem, exitumq; tam difficilem, vt prolixiore vtilanda examine, aut deliberatione maiori pẽsanda sint: aliquibus personis domorum nostrarum, ad hoc idoneis, eorũ examinatio & definitio, per definitores committitur: vel examinatio plerumq; sola: definitione capitulo generali reseruatã. ¶ In ipso etiam capitulo, licet definitoribus, ob arduas causas, aut cuiuscunq; rei determinationem, aduocare quoscunq; voluerint: propter certiorẽ & breuiorẽ exitum consequendum. Et tam ipsi quã aliĩ, qui ad consilium vocantur: deum iudicem prẽ oculis habentes, nequaquã à via Dei, odio

mutatum.

odio aliquorum exorbitent, vel fauore. ¶ Cum aliquid statuendum fuerit: scripto commendetur, hoc modo. **I**ncipimus hanc constitutionem, vt fiat hoc, vel illud. **D**efinitores autem capituli immediate sequentis, si eam voluerint approbare: sic dicant in scriptis. **C**onstitutionem hanc inceptam, vt hoc, vel illud fiat: nunc approbamus. **I**n tertio vero capitulo, si voluerint confirmare: sic scribant. **C**onstitutionem hanc approbatam, q̄ hoc, vel illud fiat: iam confirmamus. **E**t ex eo tempore habebit vim constitutionis. **S**i noluerint eam approbare, vel confirmare: ita scribant. **C**onstitutionem illam reprobamus. **C**onstitutiones autem per capitulum confirmate, nunquam retractentur: nisi iusta, euidens, & vrgens subsit causa. **Q**ue tamen (si ad rigorem ordinis spectant) plene non destituantur, aut infirmentur cum effectu: nisi per tria capitula generalia continua. **H**oc tamen obseruato: q̄ eadem constitutiones, medio tempore nihilominus teneantur. ¶ **P**ossunt tamen minora quedam, per que rigor ordinis non minuitur, in primo vel secundo capitulo mutari, vel destitui: cum defnitoribus concorditer, pro cōmuni vtilitate visum fuerit. **Q**ue tamen mutatio vel destitutio, per defnitores sequentis capituli, vel reprobetur, vel approbetur. ¶ **S**i prior superior, aut aliquis defnitorum, priuatam causam pro se, vel domo sua habuerit, aut aliquid postulauerit, vel culpam comiserit: cum ventum fuerit ad illum cuius causa agitur, etiā si prior superior fuerit surgere debet & exire, & ceteri quod æquum est decernere. ¶ **E**t quoniā in iudicio absentium, nonnumquam erratum est: tale iuditiū (quātum fieri potest) caueatur. ¶ **E**xtrariorum (qui ad capitulum veniunt) negocia in primis expediantur. ¶ **P**ostulationes, petitiones, quæstiones, & causæ qualescunq; priuatæ, determinationesq; ac patrum responsa: literis ac chartis mandata, apud priorem superiorem custodiantur. ¶ **S**icui aliquid faciendū iniungitur à capitulo: cōmissio talis, & persona, & tēpus intra quod cōmissum cōpleat, scribantur: & si negligens fuerit, corrigatur. ¶ **C**onstitutiones que amo-

A

B

C

A que amodo fient, scribantur sub titulo, de diuersis cōstitutionibus: donec per capitulum declaretur vbi inter constitutiones collocari debeant. ¶ Nulla autem constitutio, libro constitutionum inscribitur, aut destituta deletur: donec per tria capitula generalia continua, confirmata fuerit vel destituta.

¶ De electione vocandorum ad capitulum priuatum, & visitorum, & conclusionem capituli. Ca. 6.

E Volatis igitur diebus, sub obseruatione prædicta: antequam capitulum concludatur, nominantur a definitoribus, tres priores idonei & experti, & in charta scribuntur, qui ad capitulum priuatum (si seruandum fuerit) conuocentur. **B** Qui si comode adesse nequiverint, aut prior superior longius absuerit: alios priores viciniore aduocare potest. ¶ Magna etiam deliberatione, & maturo consilio eligendi sunt priores, & scribendi: qui videlicet, & quas domos, visitare debeant. Vbi & præcauendum est: ne visitatores frequentius mutentur, & ne quis suū visitet visitatorem. Porro priusquam capitulum soluatur, cum definitoribus visum fuerit, singuli priores misericordiam, & absolutionem sui prioratus, coram definitoribus & alijs patribus petere debent. **C** Primo prior superior ab antiquioris domus priore, post eum in capitulum præsentem: ac deinde cæteri priores, à priore superiore. Absentes vero, per literas suas definitoribus exhibendas. Quod etiam de prioris suis intelligendum est.

¶ Prius tamen quam priores pro petitione sua facienda conuocentur: prior superior cæteriq; definitores, visis chartis singularum domorum, de causis priorum determinent, & prout eis utile visum fuerit disponant, vel visitoribus committant.

¶ Quo facto: conuocatis definitoribus & prioribus, singuli prostrati (dictis culpis) absolutionem ab officio, humiliter & paucis petant. Quibus si quid dicendum fuerit, prior superior dicit: aut qd commissum sit visitoribus, respondet. ¶ Tandem determinato in definitorio, si quid de questionibus supererat: signo dato, omnes ad domum capitularem cōueniunt, ibiq; prior superior, ea que

De electione vocandorū ad capitulū priuatū &c. Cap. 6. 39.

ea quę a defnitoribus decreta sunt, palam recitat. ¶ Si vero & tunc questio aliqua mora fuerit, quę paucis terminari poterit: surgunt prior superior & defnitores, & habito diligenti tractatu, ad capitulum redeunt, & quod defnitum est pronunciant.

¶ Postremo monetur vniuersi, à priore superiore, vt ad domos suas (protegente Deo) reuersi: orationes per generale capitulū decretas, fideliter exolui faciant. Deniq; de munda religione cōseruanda, de professione fideliter exequenda, de pace, charitate, & beneuolētia ad omnes, & maxime ad eos qui nostri sunt propositi, de peruigili sollicitudine erga subditos, ceterisq; generaliter, quę & honestati religionis congruūt, & saluti expediūt animarum, cōmoniti à priore superiore: confiteor dicimus, inclinantes. Deinde valedicentes inuicem, recedimus qui ad capitulum veneramus vniuersi: nisi festum celebre duplex fuerit.

¶ Singuli tamen priores, non omittant secum deferre definitiones capituli: quas notarius capituli pronūciat, & nemo scribat, nisi professus. ¶ Reuersi autem priores: enarrare debent fratribus suis, instituta illa capituli, quę oportet & expedit scire. Recitabuntur quoq; nomina defunctorum, & elemosyne in capitulo recepte, & personę quibus aliquod beneficium fuerit concessum: & dies statui debet, quo officium per capitulum determinatum inchoari conuenit. ¶ Conceditur autem tricenarium perpetuum defunctorum, illis benefactoribus, qui contulerunt capitulo redditus perpetuos: & eorum nomina, debēt annuatim pronūciari, & etiā conscribi, inter habētes tricenariū.

¶ De autoritate prioris superioris, & capitulo priuato. Cap. 7.

Preter ista quę iam determinata sunt: volumus, vt prior superior habeat potestatem, autoritate capituli generalis, determinandi causas intra annum emergētes, quę capitulū generale cōmode expectare nō possunt, vt ad ipsum referantur quęcūq; ardua, & potestatem ceterorū priorum excedētia. In quibus tamē decidēdis: p̄ceptis nō sit, sed prudenter se gerat, caueatq; ne in potestate sibi cōmissa excedat. ¶ Quod profecto vt sollicitius obseruet:

- A** obseruet: volumus, vt ea omnia quę autoritate capituli generalis determinauerit, vel concesserit, scripto cōmendet, & pro his singulis ānis, definatorib⁹ rationē reddat. ¶ Cū v^o negocia iciderint grauiora quā vt debeāt aut possint à solo priore superiore terminari: aduocabit priores illos, qui ī p̄cedēti cap^o, fuerūt à definatorib⁹ nominati. Vocati vero (iusto impedimēto cessante) statim aduolare debēt. ¶ In priuatis autē capitulis, antequā de ipso negotio tractetur: premittūtur cōsuete p̄ces Ad te leuauit &c & cunctis expletis Cōfiteor, prout in capitulo generalis moris est dicitur. ¶ Quicquid autē à capitulo priuato decisum fuerit: vult capitulū generale firmū ac ratū fore. ¶ Quōd si priuatū capitulū errauerit: generale capitulū corrigere debet. ¶ Si quis etiā ex vocatis priorib⁹ questionē habuerit aut causam specialē: ipso exeūte, alij nihilomin⁹ pro capitulo reputātur. ¶ Ex p̄sas in priuato capitulo vel aliter factas: si pro cōmuni vtilitate factę sunt, persoluētur de cōmuni: si pro p̄urbatione, vel delicto, seu causa alicuius domus: persoluet illa domus. ¶ Priores vero vocati ad priuatū capitulū cū priore & p̄curatore domus vbi capitulū seruatur: cōputabūt exp̄sas eiusdē domus & suas.
- C** ¶ Et similiter faciendū est, in capitulo generali. ¶ Si alicui domui, onus vel pressura incubuerit, seu iniuria notabilis illata fuerit: inuicem subleuare & assistere monemur, etsi necesse fuerit, pro remouendis iniurijs, ad discretionē capituli generalis, etiā contribuere debemus. ¶ Veruntamē ne capitulū nimiū grauetur: ipsa domus quę molestatur, etiā contra priuilegia nostra, primum quoad poterit tolerabiliter, suis sese defendat impendijs, deinde (si opus fuerit) assistentiam à capitulo petat. ¶ Prior superior p̄ficisci potest, vocare & mittere in causis & negotijs capituli, singulos priores & fratres, omni tēpore, irrequisitis cōuētibus. In monasterijs tamē iclusis: salua forma inclusiōis eorū.

Confirmatum
anno. 1518.

¶ De nouis domibus recipiendis. Cap. 8.

Quia ex leui & inprouida receptione domorum nostrarum, minus sufficienter dotatarum, & edificijs necessarijs caren-

De nouis domibus recipiendis.

41.

Arijs carentium, multa scandala & inconuenientia, nostro nouimus ordini euenisse, & deteriora euentura (nisi remedium apponatur) non immerito formidamus: statuimus, vt nulla domus recipiatur, nisi prius pro sustentatione prioris & octo fratrum, cum familia congruente, ac pro alijs oneribus necessarijs supportandis, sufficientibus redditibus vel possessionibus assignatis, & nisi in loco apto & honesto, a cohabitatione hominum debite segregato, & nisi prius constructis sufficientibus edificijs, vel de construendis competenti & secura præhabita cautione. **Q**uæ cuncta per expertos aliquos priores, a capitulo deputatos, diligenter perquiri debent, & scripto commendari: & per eos capitulo generali (aut priuato, si mora expectandi capitulo generale damnosa extiterit) diligenter exponi & referri. **¶** Prouidendum quoq; & magna cura satagendum: vt rector idoneus & bene religiosus eidẽ domui præficiatur. Cui & aliquot fratres boni testimoni adiuuandi sunt. **¶** In nouis insuper domibus & imperfectis, capitulo generale aut visitatores, certum numerum personarum constituunt: ultra quem neminem ad religionem vel extra religionem recipere debent, nisi de consensu capituli generalis vel prioris superioris. **¶** Priores quorum fratres propter paupertatẽ diuiduntur: nouitios non recipiant absq; consensu capituli generalis. **¶** Nulla domus monialium posthac assumatur, vel capitulo nostro incorporetur vlllo modo: propter interdictum apostolicum. Pro quo sciendum, qd omnibus personis capitulo subiectis, inhietur, sub pena inobedientie, ne quis dicto vel scripto in capitulo moueat de monasterijs monialium assumendis aut capitulo vniendis.

De visitatione. Cap. 9.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis, amen. **V**t status sancte religionis in domibus nostris, melius ac perfectius conseruari queat: visitationes in omnibus domibus, singulo quoq; biennio

Inchoatum

anno. 1553.

A

biennio faciendę sunt, nisi grauior ac pregnantior aliqua causa, preueniendū esse censuerit. ¶ Porro quia ex eo q̄ visitationes nec a patribus studiose fiunt, nec à subditis (vt par est) seruantur, magna sequitur ordinis dissolutio: uisitatores iniungitur a capitulo, vt fideles sint & solliciti, ac formam a capitulo de faciendā uisitatione traditam, nulla transgrediantur ex parte. Quam si qui transgressi fuerint, aut biennio non uisitaerint: culpam in capitulo dicant, & pro modo culpe puniantur. ¶ Congregatis igitur fratribus domus, & priore presente, premissa que in capitulo generali fieri consueuit oratione: alter priorum, breuiter (si ita uisum fuerit) faciet exhortationem. ¶ Lecta deinde

B

forma uisitationis, autoritate dei & capituli generalis, seriose ad moneant, aut etiā (si opus fuerit) precipiant: vt quicquid in priore, siue cunctis fratribus, accusatione uel emendatione dignū cognouerint, nullo neq; odio, neq; amore ducti, libere eloquantur. Veruntamen in cōuentu seu palam, nulli crimen imponāt, quod probari non possit aut non debeat: ne pena qua reus cōuictus puniretur, non probantes inuoluat. ¶ In uisitationibus, & in inquisitione culparum: habetur preceptum obedientie pro iuramento. Possunt tamen uisitatores, durante uisitatione, in arduis causis, precipere sub pena excommunicationis, & exigere iuramentum. ¶ Possunt etiam fratribus iniungere silentium: ubi uiderint expedire. ¶ Seculares non facile ad ferendum testimonium uocandi sunt. Si qui tamen bonę sunt fidei, & integre fame, ac tale fuerit negocium quod per nostros probari nequeat: admitti poterunt. Uisitatores tamen non facile credant omni spiritui: uec quęquā ex sola suspitione condemnent. ¶ Facto precepto, & charta precedentis uisitationis coram omnibus lecta: prior & fratres domū capitularē exeūt. Uisitatores uero ad secretum aliquem secedunt locum: vt tuto fratres singulos audire & examinare possint. ¶ Ac primum quidem inquirent, num prior metuens sibi, pactum inierit cū fratribus laicis. Id si fuerit inuentum: prior sit extra sedem

suam,

Preceptum
quod fuit
ut p̄ lect.
ser. sup̄.

suam, hoc est, in loco professionis suę, & missa careat quadra-
ginta diebus, nisi nouitius professionem sit facturus. ¶ Post
hęc diligenter inquirant, an p̄cedens uisitatio bene fuerit ob-
seruata: & quem in non obseruando inuenerint culpabilem, si-
ue p̄latus sit, siue subiectus: tanquã inobedientem deo & ca-
pitulo generali, grauiter puniant. ¶ Attente etiam & sollicite,
non obstante aliqua beneuolentia quę in subuersionem religi-
onis aliquando exhibetur, inquirant, de negligentia priorum:
an scilicet errata & delicta feruenter corrigant, & p̄nitentias
condignas imponant: an sint carnales vel seculares nimis: an
in omnibus seip̄os bonorum operum prebeant exemplum, in
frequentando ecclesiam, in abstinentiis, & alijs obseruationibus
ordinis: per ipsos enim uiget vel deficit ordo in domibus no-
stris. ¶ Postea interrogetur de pace domus, & sua, & fratrum
& conuersorum, aliorumq; familiarium. Si dixerint nõ esse pa-
cem: causa cum omni studio inquiratur. ¶ Exinde interroge-
tur, qualiter tam fratres quã conuersi habeant se in his quę
sunt ordinis, uidelicet, in non habendo propria, in continentia,
in obedientia, in officio diuino, in abstinentia, in silentio & soli-
tudine: an in colloquio cum hospitibus, cum familiaribus &
alijs quibuscunq; religioni debitam seruant honestatem. De-
mum an curiositatem uitant, detractiones & murmura fugiũt,
an laudabiliter culpas in capitulo confitentur, an in reprehen-
sione sint humiles, & in emendatione tractabiles: est sollicite
perquirendum. ¶ Pro temporalium quoq; statu cognoscen-
do, an domus sit grauata debitis, & quantis, non tamẽ quibus
debeat, nec si quę deposita susceperit, interrogare debent.
¶ Quod si domus inueniatur grauata, nulla rationabili causa
apparente, quę priorem vel procuratorem excusat: in ipsos cul-
pa redundat. ¶ Sed & si quis fratrum, in priore, vel alio aliquo
de congregatione, crimen vel aliud quid graue, quod accusati-
one vel emendatione dignum sit, cognouerit: etiam non inter-
rogatus, illud uisitoribus reuelare debet: non tamẽ in con-
uentur

A

B

C

A uentu : nisi probare queat. ¶ **C**elantes vero ex proposito hu-
Translatum. iusmodi crimina, vel graua, uisitatoibus reuelanda : non pos-
 sunt absolui per suos priores, nisi iniuncta penitentia ieiunandi
Confirmatum dies septem, in pane & ceruisia. ¶ **F**ratres ob crimen, aut quod-
anno 1516. cunq; delictum, uoce capitulari priuati : accedere uisitatores nõ
 debent, nisi ex nomine uocati. ¶ **C**um itaq; uisitatores, cun-
Additum. ctos tam fratres quàm conuersos audierint, & quid singuli de-
 nunciauerunt, diligenter & exacte scripserint (seriosa exami-
 natione super auditis præhabita) rursus ad se accerfire possunt,
 si qui de graui aliquo delicto accusati fuerint : & interrogare
 ab eis, an uerum sit, quod obijcitur. Qui si humiliter reos se fa-
 tentur : misericorditer pro arbitrio uisitatores, publice uel pri-
 uatim emendentur. Si uero negauerint : denunciatores clam
 uocandi sunt, quo legitime probent, de quibus fratres accusaue-
 runt. Quod si fecerint : rei penas luant condignas. Si uero dixe-
 rint, se non accusasse, sed denunciausse solum, & uerum quidem
 esse quod denunciauerunt, sed probare se non posse : uisitatores
 diligenter inquirant secrete, non nominata persona, sed de uiti-
 o tantum inquirendo : si forsan eo modo, facti ueritas in lu-
 cem prodire possit : & secundum exigentiam delicti & perso-
 ne, publice uel occulte puniri. ¶ **N**emo quippe absq; euidenti
 causa, publice notandus est : nisi in his que manifesta, uel pluri-
Additum. bus iam comperta sunt. ¶ **P**redictis omnibus rite peractis, char-
 taq; conscripta : tunc demum signo dato, & omnibus in do-
 mo capitulari congregatis, dicit prior senior **B**enedicite. **C**un-
 ctisq; sedentibus exhortationem breuem facere potest. **Q**ua ex-
 plet : ea que in scrutinio, denunciata sunt, in aures omnium re-
 citat, singulis admonitiunculã annectens, quo posthac fratres
 cautiore esse discant. **P**ossunt tamen quedam dicenda reserua-
 ri, donec conuersi & iuniores exierint. ¶ **S**iquid publice pro-
 bandum fuerit : id summa modestia, & sine contentione fiat :
 ita ut unusquisq; suo loco manens, iussus & non aliter, ceteris
 interim tacetibus, purã pronunciet ueritatem : cõtra quecunq;
 in testi-

in testimonium requisitus fuerit. ¶ **Q**ua in re, priori iniungitur, ne se villo in tēpore vindicet, aut solitam humanitatem alicui subtrahat: quin potius maiore benevolentia illū prosequatur, quem pro religione fortius stare conspexerit. ¶ **S**ed & fratribus nihilominus iniungitur: necui aduersus eos aliquid proferenti, verbis vnquam aut factis molesti existant. ¶ **S**i qua vero sine probatione dicenda, visitatores cognouerint: per se metipso illa proponunt. Vocatisq; nominatim singulis: quę corrigenda nouerint obijciunt, & secundum exigentiam admissorum, pēnitentias imponunt. ¶ **E**t primo expediuntur hi qui capitulares non sunt. Quibus expeditis (lecta tamen prius charta) simul exeunt. Deinde ad reliquos procedunt: inchoantes a priore. Eius tamen errata, paucis nota, non facile coram omnibus manifestēt, de quibus eum nihilominus, secrete & seriose admonere non omittant. ¶ **I**pso quoq; post obiecta, humili se prosternente: conuentus ob eius reuerentiam stat, donec a visitatoribus iussus surgat.

¶ **H**ucusq; legitur capitulum de visitatione, & datur p̄ceptum. ¶ **C**harte autem cuius statim mentio facta est, inscribi debent, vicia publica & manifesta: debita quoq; per procuratorem in vltima sua computatione collecta, vna cum annuis pensionibus, intra decennium venditis: necnon & decreta patrum (si que fuerint) cum charta semper legenda. ¶ **C**hartam vterq; visitator suo sigillo muniat. Alteram quoq; huic similem, priori superiori transmittent: vel vbi ad capitulum venerint tradent. ¶ **I**psa vero charta quę in domo relinquitur: singulis annis in festo Ioānis euāgeliste, necnō & feria secunda pasche, vel alio die congruenti, in domo capitulari, p̄sentibus cunctis fratribus professis, legi debet. ¶ **P**orro visitatores officium suum fideliter exequantur & feruenter: obseruantes ne p̄cenas quas pro quibusdam delictis, capitulum generale censuit infligendas (nisi ratio vrgens & euidens flagitauerit) attentent villo modo immutare. ¶ **I**n domibus quoq; quas visitant, sine iusta causa: morā nimiam nō trahant. Quod

E

si tertio

A

B

C

Transpositū.

A si tertio vel quarto die, visitationem absoluerint, aut si nec ultra nonum vel decimum diem protraxerint (nisi necessitas aliud requirat) non sunt de festinantia, aut mora nimia redarguendi.

¶ Nec debent in examinandis fratribus clericis, sine causa notabili, post completorium vel primas occupari. **¶** Diebus quoque festis, misse cōuentuali & vesperis interfint: & celebrationi missarum se aptare studeant. **¶** Pro bono exemplo & edificatione fratrum & visitatione propēsius explenda: monētur semper vna cū socijs prandere cū conuentu, in cōmuni refectorio. Et si hospites aduenerint honesti: per priorem aut procuratorē domus suscipiātur.

Confirmatum
anno. 1517.

B Visitatorū autoritas, in corrigēdis erratibus tam priorum quā fratrum: toto biennio perseuerat. Qua tamen occasione, nullum à prioratu absoluāt, nisi rite ac legitime probatum fuerit, priorem in aliquem subsequentium incidisse casuum: vel nisi de speciali mādato capituli generalis aut prioris superioris: aut certe talis vrgeat causa, vt magnum immineret conuentui damnum, vel scandalum ordinis, si absolutio vsq; ad capitulum differretur: scripturi nihilominus definitioribus, causas absolutionis inuentas.

¶ Primus casus. Si prior magnā pecunię summam, vel mutuo acceperit, vel dederit, vel exposuerit: cuius rationem conuentui reddere nequit. **¶** Secundus casus. Si prior aliena deposita notabilia exposuerit, alienauerit, seu alicui commodauerit, sine consensu deponentium: & desuper à deponentibus accusatus fuerit. **¶** Tertius casus. Si literas aliquas sigillo conuentus consignauerit, conuentu ignorante, aut non consentiente: si terras, si agros, aut alia monasterij bona, pro alienis debitis aut oneribus oppignerauerit: siue ipse desuper cautionem aliquam fideiussoriam, aut iuratoriam presterit. **¶** Quartus casus. Si prior cum effectu, in personarum receptionem ad ordinem, simoniam commiserit. **¶** Quintus casus. Si bona monasterij immobilia, sine sui conuentus, & nostri generalis capituli aut prioris superioris cōsensu, alienauerit, aut perpetuam pensionem ex eisdem vendiderit. **¶** Sextus casus.

Si prior

A Si prior constitutionum & decretorum nostri generalis capituli, contemptor fuerit, siue in obseruatione ordinis, & earūdem constitutionum, in se aut in suis subiectis, nimis remissus deprehensus fuerit, & aliquoties per visitatores cōmonitus se emendare noluerit. Verum quando hæc remissio, erit nimia iudicanda: visitatores discernent. ¶ **Septimus est.** Si prior de incauta & inhonesta familiaritate feminarum notatus fuerit: & super hoc à visitatoribus commonitus, se non emendauerit. Verū quando huiusmodi familiaritas, erit incauta & suspecta iudicanda: patres visitatores discernere debent. ¶ **Octauus casus.** Si prior à sede apostolica, aut quibuscunq; principibus & prelatibus ecclesiasticis vel secularibus, literas, priuilegia, aut indulta quęcunq; in preiudiciū nostri generalis capituli procurauerit: siue etiam Romam, quacunq; ex causa, sine dicti capituli autoritate adierit. ¶ **Istum octauum casum, capitulum etiam extendit ad** **B** **Confirmatum**
rectores, & omnes subiectos capituli: ita vt incidentes in eum, anno 15 19.
si extra domum suę professionis habitauerint, continuo inhabiles ad sacri ordinis executionem fiant, statimq; reuocentur ad domum sue professionis: si vero in domo suę professionis fuerint constituti, simili inhabilitati subiacebunt, & nihilominus agent pœnitentiam grauioris culpe, donec à capitulo aut visitatoribus misericordiam & relaxationem obtinuerint. ¶ **Nonus casus.** Si prior fratres suos absq; consensu capituli generalis, dato in literis patentibus & sigillatis, residere permiserit apud **C** **so-**
rores cuiuscunq; ordinis: vel etiam huiusmodi curam & pro-
uisionem acceptauerit. ¶ Autoritas quę datur visitatoribus,
super absolute priorum, danda est eis à capitulo generali, vel
priore superiore, in charta patente & sigillo signata: aut à præsi-
dente in capitulo, viue vocis oraculo. ¶ Priores etiam ante vi-
sitationis conclusionem, misericordiam & absolutionem, in ca-
pitulo, à visitatoribus petere debent. Hac tamē occasione nemi-
nem absoluerē debent: nisi vt iam dictum est. Reliquos vero
officiarios, cum cōsilio prioris, destituere & instituere possunt,
E 2 cum vtile

- A** cum utile visum fuerit. ¶ Visitatores alteri quàm priori superiori vel definatoribus capituli, vitia domorū quas visitauerint, maxime infamiam tangentia personarum, nō reuelent: alioqui in capitulo punientur. Caueant etiam, ne socij eorum, culpas & modum visitationis domorum visitatarum sciāt, vel inquirāt, alijsue reuelent. ¶ Visitatores non possunt absq; scitu & consensu capituli generalis, vel prioris superioris, mittere aliquos extra domum quam visitant: nisi tam peruersus quis fuerit, vt parētum & amicorū fretus patrociniō, in domo propria corrigi non valeret vel puniri. In hoc casu visitatores (si ipsis euidenter constiterit de p̄missis) Deum p̄ oculis habentes, talem personam de domo sua possunt emittere, & ad aliam domum sub p̄nitentia debita, ablegare: ita duntaxat, q̄ prior suus ipsum proprijs expensis, ac cum visitorum literis, fidem de p̄missis facientibus, ad domum designatam tute faciat deduci, soluturus nihilominus domui illi expensas, quā diu ibi fuerit hospitatus. Emissus vero talis, p̄ter p̄nitentiam à visitoribus impositam, perpetuum silentium tenebit: ne peruersis suis verbis & moribus alios inficiat aut corrumpat. Poterit tamen prior domus ad quā mittitur, rigorem hunc aliquantulum relaxare, cum viderit eum in humilitate p̄ficere. ¶ Si aliqui cōtentiosi, in aliqua domorum nostrarum reperti fuerint, de quibus est verisimile, q̄ ipsis ibidem existentibus, domus illa pacē non habebit: ad relationem visitorum, prior superior ipsos poterit alibi collocare. Alias nullus frater de domo sua, ad habitādum in alia domo mittatur: nisi per capitulum generale, aut priorem superiorem. ¶ Fratres quacūq; occasione emissi, stabunt sub obedientia prioris domus illius ad quam mittūtur: & etiam sub inclusione, si domus illa inclusa fuerit: nec redeant aut remittantur, sine consensu capituli generalis aut prioris superioris, sub pena carceris. ¶ Quando vero aliqui mittuntur ad aliam domum nostre colligationis in subsidiū, disciplineq; reformationē: tales gaudere debent voce capitulari, & in victu ac vestitu

Confirmatum
anno 1548.

Confirmatum
anno 1552.

A

ac vestitu cæterisque necessarijs tractari, vt fratres domus illius.
¶ Fratribus autem domorum inclusarum emissis ad alia monasteria non inclusa, vel etiam apud moniales residentibus, visitatores terminos designent: sub quibus stent ibidem, secundū formam inclusionis domus suæ. ¶ Visitatores etiam solliciti sint, vt in nouis domibus, similiter & antiquis, ita disponantur ædificia, vt mulieres poenitus excludantur: ita vt nusquam accessum habeant intra septa, præterquā per introitum segregatum extra cancellos, in inferiorem ecclesię partem. ¶ Summo pere quoq; visitatores prouideant (quantum in eis est) vt in domibus visitatis, pacem (salua correctionis disciplina) relinquunt: & questiones nullas, quas suo poterunt iudicio terminare, capitulo generali referunt. ¶ Interdicitur etiam singulis fratribus, ne sibi inuicem molesti sint aut inquirāt quid in visitatione quisq; deposuerit: nec aliquis inquirenti respondere presumat. Visitatoribus omnibus inhiberit, ne vllam faciant dispensationem in præiudicium cõstitutionum nostrarum, nisi in magna necessitate: nec alicui fratri facultatem tribuant, visitandi amicos aut aliquid eiusmodi, sine consilio & consensu prioris. Et illa super quibus dispensauerint, vel quæ seruanda statuerint, cunctis audientibus publice pronuncient, vel in scriptis notorie relinquunt: alioqui nullius erunt robõris aut valoris. Et talis dispensatio vel institutio durabit vsq; ad futuram visitationē. ¶ Visitatores à domibus visitatis munera siue munuscula, cuiuscunq; quantitatis aut prætij, nec accipiant oblata, nec exigant nõ oblata: per se, interpositamve personā, quacūq; dissimulatione. Caueāt quoq; ne spiritualia beneficia exigāt ab eisdem. Si qui vero cõtra premissa aliquid fecerint aut attētauerint: culpas suas in capitulo generali dicant correctionē recepturi pro modo & qualitate culpe. ¶ Deniq; fratribus valedicturi, quia in multiloquio nõ deest peccatū, Confiteor cū toto conuentu dicūt, sicut in generali capitulo fieri cõsuevit. ¶ Omnes autē expensas, quas occasione visitationis se fecisse vel esse factu-

B

C

A ros dixerint (modestia tamen & honestate seruata) a domo seu a domibus visitatis recipiunt: eorum scilicet onera sic inter domos visitatas partiendo, vt vnaqueq; domus que remotior fuerit, amplius in ratione cōferat expensarū. ¶ Nec recedāt a domibus visitatis, nisi contributionē a capitulo indictam receperint: alioqui ipsi soluent. ¶ Domus superior & alię domus eidē vicinę, post capitulum statim visitentur: nisi causa euidēs aliud suadeat. ¶ Si quis visitatorū morte interueniente, seu alia quacūq; iusta & necessaria causa prepediente, officium visitationis implere nequiuerit, prior superior alium substituere potest: vel etiā visitator superstes, collegam sibi assumere potest, presertim si in itinere iam fuerit. ¶ Possunt etiam visitatores in domibus monialiū visitare, si cōmissarius mortuus aut infirmus fuerit: aut vocatus non comparuerit. ¶ Visitatores restringāt ac moderentur solennitates que fiunt in primis missis fratrum, similiter in inuestitione & professione tam fratrum q̄ sororū: alioqui & ipsi corrigentur. ¶ Interdicitur etiā vniuersis capituli mēbris, vtriusq; sexus, omnis lusus, choreę, cātilenę, potationes, & vsus quorumlibet instrumentorū musicalium, regalia quoq; ac reginalia festa: similiter & celebrare iubileū, tam apud sacerdotes, quam moniales. ¶ Quicūq; per se interpositāve personā induxerint seculares vel quoscūq; alios, qui visitatorib; in actu visitationis resistent, aut molestiā vllā inferāt: si prelatus fuerit, sit extra sedē suā vno mense, & nihilominus a capitulo puniatur: si subiectus, priuetur voce capitulari, vsq; ad reuocationē capituli generalis: si vero capitularis non fuerit: anno vno, quartis ferijs incubis quadragesimalibus ieiunet. ¶ Visitatores non concedāt fratribus visitatis gratiam soluendi ieiunium regulare, nisi ter: & non nisi semel deambulandi facultatem.

¶ De electione & confirmatione noui prioris. | **Cap. 10.**

C Vm priorē cuiuscūq; domus nostrę obire cōtigerit vel absolui, conuocatis fratribus, triduanū cunctis indicitur ieiuniū continuū, nisi festum nouem lectionum vel hebdomada pasche

B
Confirmatum
anno. 15 52.

Approbatum
anno. 15 53.

Confirmatum
anno. 15 53.

C

A De electione prioris. Cap. 10.

51.

pasche interuenerit & quousq; priorē elegerint, post laudes & vesperas, procumbētibus omnib; super formas, psalmus Ad te leuauit, cōmuni deuotione dicitur. Sequitur Gloria patri. Kyrie!. Pater n̄r. Et ne nos. Saluos fac, &c. Mitte nobis. Nihil proficiat. Dñe deus virtutū. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus Pretēde, &c. Per Christū dominū nostrū. ¶ Electiones intra quadraginta dies fiant. Domus autē quę in hoc fuerit inobediens (nisi legitimo impedimēto excusetur) in futuro capitulo penā sustinebit condignā. ¶ Porro si per obitum contigerit vacare prioratum : priusquā electio fiat, cōuentus electionē facturū, significare debet quāprimū priori superiori, pastore se esse orbatos, petētes ab eo autoritatē, duos quos voluerint indeterminate cōuocandi priores. Qui rescribit eis, vt de vicinioribus & magis expertis ad electionē suam cōuocent : commonēs vt talem eligant secūdum deum, ex seipsis vel ex aliqua domorū nostrarū, cuius vita, scientia, & etas, tam fratribus quā n̄s qui foris sunt, esse possit in sanctę cōuersionis exemplū. ¶ Consensus eligēdi semel datus, si forte qualibet ex causa electio nequiuertit sorti-ri effectū, sufficiat eis, vt aduocent quoties voluerint, eosdem aliosve priores : donec sine potiantur optato. ¶ Monasteria autē suis prioribus orbata, & a domo superiore, itinere triū dierum distantia, consensum hunc rēquirere nō tenētur : sed conuocabūt duos de vicinioribus & prudētioribus priores, qui suę nouę electioni interesse, ac priorē canonice electū, iuxta priuilegia nostra cōfirmare debebūt. ¶ In electione tamē prioris superioris aduocandi sunt quatuor priores. ¶ Nullus electus in priorē in alia quacūq; domo, vocari debet, vt intersit tanquā elector, aut cōfirmator, in domo suę profelsionis, nisi fuerit prior superior. ¶ Ad subdiaconatū non promoti, nō professi, leprosi, criminosi quāuis ab omni penitentia absoluti, nisi vox eis expresse restituta fuerit, excōmunicati, suspensi, vel interdicti : nec eligere possunt nec eligi, nec ad electionē cū ceteris sunt admittēdi. Qui vicesimū quintum ætatis suę annum nō attigit : nō potest

A

B

C

Additum.
Anno 1526.

- A.** eligi in priorem. ¶ Nullus etiam qui de ordine nostro apostatauerit siue desciverit, aut alias criminofus fuerit, eligatur in priore: quia si secus attentatū fuerit, irritū erit & inane. ¶ Nullus quoq; absq; consensu capitali generalis, vel prioris superioris, preficiatur prior: quoadusq; post professionē suā, steterit laudabiliter annos tres in domibus nostris. ¶ Igitur in die electionis, cōuocatis priorib; & pręsentibus (nam sine illis electio celebrata esset nulla, iuxta priuilegia nostra) mane missa de sancto spiritu, in conuētu, deuotissime sub duplici festo celebrata: post sextas vel nonas pro tempore, signo pulsato, in capitulū conuenientes, dicunt psalmum **Ad te leuaui**, cū precibus & orationibus supradictis: dictoq; ab antiquiore priore **Benedicite**: aliqua (si placet) fiat exhortatio. ¶ Deinde priores cum cōuentu ad chorum regressi, autoritate capituli pręcipiant, vt secundum deum prout melius potuerint, talem eligant, qui quantū humana fragilitas permittit, uita, scientia, & etate dignus & idoneus existimetur ad officium prioratus. ¶ Postmodum fratres ex seipsis, vel de domibus nostris vnum eligant, aut sacerdotem, aut ad sacerdotiū promouendū. Potest enim de domo qualibet omnis frater eligi, saluis prędictis: excepto priore, vel rectore sub gremio capituli, & superioris domus supprioris, & procuratore, & fratre pro consilio deputato. ¶ Domus etiam quelibet, fratrem suum, licet forte sit prior in alia domo, potest in priore eligere (nisi sit prior superior): & domus superior, quemcūq; priorem. Prior vero qui non propter crimen, sed propter aliam causam depositus est: in alia quidem domo poterit eligi, nisi specialiter à capitulo generali illi fuerit interdictum. In ea vero qua prior fuerat: nunquā, nisi fauente & concedente capitulo generali vel priore superiore. ¶ Omnino autem ab omnibus caueatur, ne vllus in domibus nostris qualibet astutia, fraude, seu violentia pręponatur: nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars concilij sanioris, secundum deum prouiderint eligendum. ¶ Veruntamen constitutio concilij generalis late-

ranensis ultimi, de faciendis electionibus, diligēter obseruetur : **A**
 eo quòd ibi scriptum est, quòd electio aliter facta non valet. De
 qua constitutione, quantum visum est nobis sufficere : ad ver-
 bum posuimus prout in decretalibus continetur, in hunc mo-
 dum. **Ne pro defectu pastoris, gregē dominicum, lupus rapax**
inuadat, aut in facultatibus suis, ecclesia viduata graue dispen-
dium patiat, volentes in hoc & occurrere periculis animarū,
& ecclesie indemnitatibus prouidere : statuimus, vt vltra tres
menses, cathedralis vel regularis ecclesia præ lato non vacet. In-
fra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non
fuerit : qui eligere debuerāt, eligendi potestate careant, ea vice,
ac ipsa eligendi potestas, ad eum qui proximo præesse dinosci-
tur, deuoluatur. Is vero ad quē deuoluta fuerit potestas, deum
pre oculis habens, non differat vltra tres menses, cum consilio
capituli sui, & aliorum virorum prudentium, viduatam eccle-
siam, de persona idonea ipsius quidem ecclesie, vel alterius (si
digna non reperiatur in illa) canonicè ordinare : si canonicam
voluerit effugere vltionem. Quia propter diuersas electionum
formas, quas quidam inuenire conantur, multa impedimenta
proueniunt, & magna pericula imminent ecclesijs viduatis :
statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omni-
bus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assu-
mantur tres de collegio, fide digni, qui secrete & singillatim vo-
ta cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta, mox
publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo
interiecto, vt is (collatione habita) eligatur, in quem omnes vel
maior & sanior pars capituli consentit. Vel saltem eligendi po-
testas aliquibus viris idoneis committatur : qui vice omnium,
ecclesie viduatę prouideant de pastore. Aliter facta electio non
valet : nisi forte cōmuniter ab omnibus esset quasi per inspira-
tionem, absq; vitio celebrata. ¶ Hucusq; positum est de prædi-
cti consilij constitutione. ¶ Addimus vero, quòd ad faciendū
scrutinium, adiungantur duo dicti priores, prædictis tribus de
 quibus

- A** quibus loquitur decretalis. ¶ Cum autem per primam formam scilicet per viam scrutini, ad electionem proceditur: obseruandum est, primo vt scrutinium fiat in tali loco, quod scrutatores ab omnibus videantur, & à solis scrutatoribus ille qui nominat audiatur. Et tres scrutatores qui de collegio eligentiū assumuntur, ad inquirendū suffragia singulorum, primo seipsos scrutabuntur, & postea singillatim secrete reliquos fratres & vno ex ipsis, vice omnium, vnum quemq; electorum adiurante.
- B** ¶ Secundo, vt statim vnus cuiusq; suffragium in scriptis redigant, per se vel alium. ¶ Tertio, vt continuo dicta suffragia & scripta publicent cunctis audientibus. ¶ Quarto, vt publicatis suffragiis, fiat collatio dictorum suffragiorum: vt ille qui habet suffragia maioris partis conuentus, siue eligentium, mox eligatur in priorē domus ad quam nominatur. ¶ Quinto, vt vnus ex senioribus illius maioris partis, vice sua & sociorum suorum, electionem pronunciet, per verba singularis numeri: petens eam à prioribus confirmari. Et hæc prædicta fieri debent vni eo contextu: ita vt ad alia interim non diuertatur. ¶ Postea priores ad confirmandam electionem vocati, antequam confirmet, proclamationem coram toto conuentu faciant: vt si quis aliqua dicere vel procurare voluerit contra formam electionis, vel contra personam electam, facultatem & tempus opponendi habeat. Et ad certum tempus, saltem per vnum diem, confirmatio differatur. Et si certam causam aliquis opposuerit, propter quam electio non debeat confirmari: differatur confirmatio, donec discussa causa, veritas vel sufficientia oppositionis à confirmatoribus cognoscatur. ¶ Si autem iusta fuerit oppositio, non confirmetur: quia nullius esset valoris. ¶ Hæc proclamatio, & iste modus seruandus est: etiam si communi concordia electio fuerit celebrata. ¶ Si in forma electionis erratum est: poterit electio de nouo repeti, nec persona electa ex hoc efficitur minus idonea. Sciendum, quod si omnes de conuentu nominant scienter indignum: tunc per priores, eodē reprobato,

No. b. d. s. b. a. sup. iud.
posita fo. 13. l. i. 9.



reprobato, electio deuoluitur ad domum superiorem, vel ad ipsos vocatos priores, si conuentus vbi electio celebratur maior fuerit. Si autem aliqui nominant scienter indignum: electio ad reliquos qui huiusmodi electioni non consenserunt, deuoluitur. ¶ Cum vero per secundam formam, scilicet per viam compromissi proceditur, & aliqui ex his in quos compromittitur de conuenta fuerint: non possunt eligi in quos compromissum est, nisi additum fuerit in compromisso, quod possunt eligere, siue ex seipsis, siue ex alijs. ¶ Electio autem talis, per aliquem ipsorum, per verba singularis numeri est pronuntianda. Deinde à confirmatoribus est faciēda proclamatio, & terminus opponendi statuendus. ¶ Nec potest procedi per viam compromissi, nisi omnes in hoc consenserint: nam si vnus nollet per eam procedi, tunc non valeret. Via enim scrutini, magis est de necessitate. ¶ Tertia forma est, per inspirationem. Et talis presumitur subornata: nisi fuerit de persona famosa & excellenti, de qua diu dicebatur communiter, quod digna & utilis esset ad regimen, tam in spiritualibus quam in temporalibus. ¶ Item per viam compromissi fieri posset electio: vt compromissarij, voluntatibus omnium inquisitis, illum in quem maior pars consenserint, eligere teneantur. ¶ Porro priores qui ad electionem vocantur, deum iudicē pre oculis habētes: à via dei, amore aliquorum non exorbitent, vel fauore. Sicut enim precipitur conuentibus, electionē facturis, vt sicut melius poterunt, secundū deū eligāt: eodē modo, vocatis ad electionē prioribus precipitur, ne in personam nō idoneam consentiant. ¶ Si etiam viderint electionem inordinate fieri: auctoritatem habent à capitulo generali, contradicendi & reprobandi. ¶ Quod si priores alij, pro eadem electione postea vocati fuerint: diligenter caueant, ne in personam à prioribus precedentibus reprobatā, quoquo modo consentiant. ¶ Electum quoq;, & in domo à qua eligitur, conuocatorū comprobatione priorum approbatū: domus ipsa ex qua eligitur, reprobare nō potest. ¶ Electus etiam,

A
Sumptum ex
privilegijs
nostris.

B

C

A etiam, sine consensu prioris superioris vel confirmatorum, renuntiare non potest electioni de se facte: propter apostolicum mandatū. Nulli enim omnino domui nostrę, ab officio suo, nisi de consensu generalis capituli, licet amouere priorem: cum nec generale capitulum, alicui congregationi renitenti, vel inconsulte, debeat (sine iusta causa) dare vel auferre priorem. ¶ **E**lectio igitur secundum formam prescriptam, canonicè celebrata & confirmata: statim electus & confirmatus per priores, si presens fuerit, alioqui cum aduenerit, per suppriorē & seniorem fratrem in ordine, introducitur in ecclesiam, ab introitu chori vsq; ad gradus sanctuarii, fratribus in choro prestolantibus aduentum eius, & per medium transeūti, hinc & inde inclinanti-
B tibus. Quo ibidem prostrato: fratres stantes decantant psalmū *Ecce quā bonum.* Finito psalmo, cum gloria patri, & añ. In-
mandatum. tret oratio: dicitur Kyriel. Pater noster, &c. Deinde senior prior, si presens fuerit, alioqui supprior, stans iuxta priorem, dicit *Et ne nos. Saluum fac. Mitte ei. Esto ei. Domine exaudi. Domi-
 nus vobiscum. Oremus. Omnipotens sempiterne. Deus a quo sancta. Per Christū dominum nostrū.* Deinde priores vel supprior cum seniore fratre, eleuātes eum, ducunt ad sedem suam.
C In qua eo stante: pro gratiarum actione, cantant solenniter *Te deum,* & campana pulsatur. Factaq; oratione: vadunt ad domum capitularem, & assidentibus prioribus confirmatoribus (si presentes fuerint) accedens supprior ad priorem, interrogatus ab eo, promittis obediētiā secundum regulam beati Augustini & secundum constitutiones capituli nostri generalis: inferens manus intra manus prioris, respondet, promitto. Similiter faciunt & alij per ordinem. Promittunt etiam obediētiā conuersi & donati, Totamq; diem illam gaudio dedicantes, bis māducant: nisi fuerit feria sexta, vel ieiuniū ab ecclesia institutum, aut in aduentu domini. Si autem qui eligitur, presens non fuerit: non in die confirmationis, sed in die susceptionis, bis manducant, nisi fuerit ieiunium vt supra.

¶ **N**ouus

A ¶ **N**ovus prior, tam domus superioris, quam ceterarum: in proximo capitulo, professionem facere debet, in hunc modum. Ego frater **N.** promitto obedientiam & fidelitatem generali capitulo, pro me & domo nostra. Si vero rationabili causa prepeditus in proximum capitulo venire nequiverit: mittet professionem suam, in charta patente sigillata, capitulo presentandam. Nihilominus cum presens fuerit in generali capitulo eam renouabit viua voce. ¶ **P**rior ex alia domo assumptus, sine crimine cedens prioratui: si ei placet, potest ibi manere, & profiteri infra annum, si priori superiori & priori domus illius placuerit, locusque ei datur, secundum quod fuerit in ordine. Ad professionem autem faciendam, sufficit ut obedientiam in conuentu promittat, in manibus prioris. ¶ **C**um prior aliquis propter infirmitatem vel propter seniam factus inutilis, voluerit intra annum habere misericordiam: significet priori superiori qui autoritate capituli generalis, dabit ei facultatem conuocandi duos priores de vicinioribus, qui poterunt eum absoluerе (si viderint expedire): & aliumque cum electus fuerit, confirmare. ¶ **S**i priori de alia domo assumpto, aut rectori domus de gremio capituli, tempore sui prioratus aut rectoratus, hereditas aliqua, aut aliud quodlibet, hereditario iure prouenerit: in annuos redditus redigatur, & priori aut rectori quamdiu in alia presuerit domo tribuatur.

A

B

C

Secunda pars.

| | | |
|------------------------|---|-----|
| De Priore. Cap. 1. | } | 58. |
| De Suppriori. Ca. 2. | | 64. |
| De Procuratore. Ca. 3. | | 66. |
| De cellario. Ca. 4. | | 68. |
| De refectorio. Ca. 5. | | 68. |
| De vestiario. Ca. 6. | | 72. |
| De infirmario. Ca. 7. | | 70. |
| De sacrista. Ca. 8. | | 75. |
| De cantore. Ca. 9. | | 78. |

De heb.

A De hebdomadarijs. Ca. 10.

De librario. Ca. 11.

De portario. Ca. 12.

De hospitario. Ca. 13.

~~De prioribus. Ca. 14.~~

¶ De priore. Ca. primum.

Nig. ad Reg. 22.
Postquam prior electus & confirmatus fuerit, ab omnibus in reuerentia habeatur: ita ut quilibet ante eum transiens, caput nonnihil inclinaret. In quocumque loco, extra conuentum, fratres aliqui sederint: si prior superuenerit, assurgere debent, nec sedere, donec ipse sedeat, vel eos sedere moneat. Si autem transierit: assurgere debent, & inclinare, ac stantes permanere, quousque transierit. ¶ Si per medium conuentum transierit in choro, de sedibus suis, fratres inclinare debent: sed in refectorio etiam capita detegere. In capitulo uero per medium conuentum transeunti: detecto capite assurgere debent, & inclinare ac stare, donec sedeat. ¶ Quicumque illi librum uel aliud quid obtulerit: caput inclinare debet.

C ¶ Obseruare etiam debent omnes ut maxime coram eo, in habitu suo & moribus, modestiam omnem ostendant: & nunquam uerba indecentia, coram eo proferre presumant. ¶ Prouidendum est autem priori, ut bona conuersatione sua, omnibus exemplum discipline fiat, nec accepta abutatur potestate: sed tanto magis seipsum in omni morum probitate cohibeat, quanto alium in monasterio supra se nullum habet, a quo cohiberi possit. Non enim ideo prelati sunt, ut discipline claustrali subiectus non sit. ¶ Quocumque uel ad uestitum eius, uel lecti usum pertinent: nec precio nec forma ab habitu ceterorum differre debent.

¶ Horis canonicis interesse studeat: precipue autem capitulo culparum, sine rationabili causa abesse non debet. ¶ In maioribus duplicibus festis & supra, totum officium facit. In die palmarum, & in tribus diebus ante pascha, in uigilia natiuitatis domini

*Prelatus esse de
 uita qdā alata.*

*Causa deficiente
de A. fecit quod
effectus. Sed et nāq
in istis casibus hūc
si supplicatio Jole
nis cu a cantu se
in die sancto Pasche
quod modo non fit.*

domini & penthecostes, feria quarta in capite ieiunii, & in die
marci quando venerit in dominica vel intra octavas pasche, si
militer cum aliquis inuestiendus est, aut professionem facturus,
vel mortuus sepeliendus, & in tribus solennibus commemora-
tionibus defunctorum: missam conuentualem cantat. ¶ In
primis & completorio Confiteor, & post horas Fidelium, &
Adiutorium, dicit: ac post completorium benedictionē facit.
¶ In locis silentij, & precipue post completoriū, silentium ser-
uare studeat: quia nō decet eum (alij in quiete & silentio se co-
hibentibus) vacare superfluis cōfabulationibus, aut inquietudi-
ni operam dare. ¶ In refectorio cum ceteris & sicut ceteri cō-
medat: nisi infirmitas eius aut debilitas aliud requirat. ¶ Si
quoquā proficisci opus habuerit, extra monasterium per-
noctaturus: supriori aut procuratori, causam itineris sui, ante
exitum indicet. Si autem exiens, casu pernoctare eum contige-
rit: cum redierit, alteri eorum causam indicare debet. A prin-
cipio tamē aduentus vsq; ad epiphaniā, & à quinquagesima
vsq; ad octavas pasche, sine consilio conuentus, monasterium
vltra vnā noctē pernoctaturus, exire non p̄sumat nec ad vi-
sitandum quidem. ¶ Ad nuptias vero, & ad primas missas se-
cularium, neq; prior neq; fratres accedāt: neq; etiam pueros de
sacro fonte leuent. ¶ Priores & fratres dum sunt in itinere (si
commode possunt) missam audiant: & caueant diligenter, ne
iter faciant diebus dominicis & festis, nisi propter euidētē ne-
cessitatem. ¶ Prioris est beneficia & salutationes insinuare: &
orationes iniungere. Si obliuiscitur: procurator ei ad memoriā
reducit. ¶ Prioris quoq; est: errores legentium emendare, si-
ue in choro, siue in refectorio, siue in capitulo, vel alteri cōmit-
tere. Ipsiū etiam est: de vno choro in alterum (cum opus est)
adiutorium mittere. ¶ Prioris quoq; est: confessiones audire,
& aliquos ex fratribus ad eas recipiendas specialiter deputare
& infirmos iniungere, & mortuos sepelire: nisi aliqua ex causa, al-
teri iniunxerit. ¶ Hi autem qui ex commissione seu p̄cepto
prioris

B

C

A prioris, confessiones audiunt & nulli pro criminali, nisi de consensu ipsius, satisfactionē iniungunt, sed mittunt eos ad priorē: quia huiusmodi eius iudicio referuntur. In periculo tamē, etiā tales absoluerē possunt, ea cōditione, vt si vixerint & potuerint, priori confiteantur. In absentia vero prioris, potest supprior absoluerē subditos à criminalibus, & senior eorum qui ad recipiendas confessiones fratrum à priorē deputati sunt, suppriorē: ita tamen, vt de mortali certo, teneantur omnes, priori suo cum redierit, iterato confiteri, ab eoq; absolui. **B** Sed & ipse prior, de mortali certo, in itinere (quod absit) commisso: tenebitur cum ad domum redierit, suppriori suo, etiam confessus reconferri. ¶ Quilibet frater clericus, ad minus semel in hebdomada, confiteatur priori, si eum habere potuerit: cōuersi vero, in duabus hebdomadibus. ¶ De via reuertentes: semper priori confiteri debent.

C Ex statutis cartusianorum. Quod dicitur de mortali certo confitendo priori &c. non debet intelligi simpliciter de quolibet mortali: sed de peccato mortali criminali. Nō enim omne mortale est criminale: licet e contrario, omne criminale sit mortale. Que autem sint peccata mortalia criminalia, quāuis plura sint quę enumerat apostolus, & quę in iure communi, & statutis ordinis continentur: hic tamen pauca de plurima enumeranda duximus. Homicidium, veneficium, omnis incontinentia actualis, simonia, blasphemia in Deū & sanctos eius, periuriū, falsum testimoniū, sortilegiū, incendium, apostasia, iniectio manuum violenta: falsificatio literarum, instrumentorum aut sigillorum & rebellio seu inobedientia in superiorē suum manifesta: infamatio criminis quod quis alteri obicit & probare non potest, odium inueteratum, magisterium cōspirationis, & frequens seminatio discordie.

¶ Prioris etiam est inuestire fratres: & professiones recipere. ¶ Si quid magnum vel graue tractandum fuerit, videlicet, si bona monasterij fuerint commutanda aut vendenda (dummodo precium inde proueniens, in alios redditus vttiliores redigatur, vel vltra duodecim annos locanda, aut structure quibus cōuentus grauari possit, erigēde, aut aliqui ad inuestitionē vel professionē recipiēdi & prior oēs fratres capitulares in vnum faciat conuenire: ibiq; cum omnes quid sentiant, libere pronunciauerint & quod maior & sanior pars determinat, sine vlla personarum acceptione exequatur: & hoc omnino tanquā vtilissimum rectissimūq; seruetur. **Quod**

Quòd si vota fuerint equalia: pars illa in qua prior est, præua-
lebit. ¶ **N**emo autem suam vel alterius contentiose præsumat
defendere sententiam: ne bonum (quod absit) consilij in dis-
cordiam furoremq; vertatur. **Q**ui vero cõtra priorem, vel par-
tem conuentus saniozem, suam vel alterius sententiam, conten-
tiose vel malitiose defendere præsumpserit, & in hoc assuetus fu-
erit, commõnitusq; resipiscere noluerit: tanquàm pacis turba-
tor, a communibus tractatibus excludatur: p̄na nihilominus
plectendus grauiori, quæ pro modo culpe & conditione delin-
quentis, committitur arbitrio præsentis. ¶ **V**eruntamẽ nul-
lus prior aut conuentus primam fundationẽ domus, quocunq;
modo grauare vel minuere, seu alia quelibet immobilia bona,
aut redditus qualescunq;, ex bonis monasterij vendere, vel posses-
siones pro perpetua pensione cõducere, seu etiam (si domus vl-
tra medietatem reddituum suorum annuorum debitis grauata
fuerit) de proprijs sumptibus, nouas structuras, viginti quinq;
scutatorum antiquorum impensas requirentes, edificare præ-
sumat: sine consensu capituli generalis, vel prioris superioris.
Qui quidem consensus dari debet, in charta patente, sigillo ob-
signata. **S**i prior aut procurator, aut etiam totus conuentus cõ-
tra fecerit: procuracionem procurator amittat, & per mensem
sit nouitius. **P**rior vero (nisi casus absolutionis fuerit) per tan-
tundem temporis, sit extra sedem suam: & nihilominus vterq;
per capitulum legitime puniatur. **C**orrectio vero conuentus,
vsq; ad capitulum differatur. ¶ **N**ullus etiam prior aut domus
assumere præsumat onus perpetuum missarum aut vigiliarum,
vltra beneficia cæteris benefactoribus in ordinario assignata:
neq; etiam pitantias annuas & perpetuas, absq; cõsensu capituli
generalis. ¶ **F**ratres quoq; & sorores se interponere non debent
in pitantijs dandis vel non dandis: quoniam capitulum vult vt
in arbitrio sit prioris, quomodo & quando dande sunt, aut etiã
propter certos euẽtus nonnunq; subtrahẽde. ¶ **S**emel circa qua-
tuor festiuitates principales prior cõuocat fratres ad commune
F colloquium

A *Confirmatum*
anno. 1538.

C

Confirmatum
anno. 1509.

A colloquium: ad conferendum de obseruationibus ordinis, ac alijs quibusq; vtilibus & necessarijs. **V**bi quisq; ad iussum prioris, libere proponere potest, quòd pro obseruatione vel emendatione còmunis stat^o & qualibet vtilitate excogitauerit. ¶ Et ne prior temporalium cura ac sollicitudine prægrauatus, spiritualibus minus possit intendere: tales singulis officijs satagat deputare, quorum sollicitudini ea secure valeat committere. ¶ Officia plura uni personæ committi possunt, maxime in minoribus congregationibus: vt saltem aliqui de fratribus, ab officijs vacantes, liberius & perfectius spiritualibus studijs inhereant. Officium tamen supprioris & procuratoris, vni personæ simul committendum non est. Multo magis prior assumere nõ debet procuraturam, nisi concedente capitulo generali. ¶ Prior quamuis curam externorum, & personarum quæ de ordine non sunt alijs impertiatur: non tamen ita abijcere debet, quin & ipse salutis & instructioni earum, interdum insistat, siue clerici sint siue laici. ¶ Et ipsi quibus cura aliorum à priore committitur, sæpe super his ad eum recurrant, & cum eo conferant: maxime quæ spiritualia concernunt. ¶ Ad vsum suum, nihil tanquàm proprium retinere debet. Si quæ expèdere eum oportuerit: de communi accipiat, & de his per se vel procuratorem, rationem reddat. ¶ Donaria siue in auro, siue in argento, siue in pecunia, siue quæcunq; aut vndecunq; venientia, ad priorem deferantur: vt ipse de his ordinet, sicut ei pro communi domus vtilitate visum fuerit, & etiam de his rationem reddat. ¶ Pro nullius debito prior aut procurator, aut aliquis fratrum fide iurare debet, sicut nec conuentus, nec etiam pro annua pensione alicuius præbende, sub pœna à capitulo infligenda. ¶ Nullus quoq; prior aut conuentus, trahat alium priorem aut conuentum ad forum siue iudicium extraneum, sed omnes cause & còtrouersie, ad capitulum aut visitatores deferantur, decidantur, & terminentur. ¶ Prior, supprior, & frater à còuentu electus, sigillum conuètuale, & deposita notabilia, quæ ad procuratoris curam

Additum.

B

C

Confirmatum
anno. 15 44.

Confirmatum
anno. 15 20.

curam non pertinent: sub tribus differentibus clausuris conferuent, & quilibet eorum vnā clauem ex his custodiat. ¶ **D**eposita notabilia, siue in pecunijs, siue in alijs rebus, sciāt cum priore & procuratore, etiam supprior & alius frater, quem prior & conuentus ad hoc elegerint. **N**æc autem commodare vel expendere, sine consensu deponentium & horum fratrum consilio non licet. **Q**uorum etiam consilio in causis minus arduis prior contentus esse potest. ¶ **H**i etiam semel in anno circa festum omnium sanctorum, simul conferunt, de cōmuni statu domus: videlicet de conuersatione & profectu omnium inhabitantiū, de concordia & pace singulorum: de penuria quoq; aut competentia temporalium: quatenus ex hoc singuli officarij, pro sibi cōmissis admoneantur diligentius in bono vigilare. ¶ **P**riores quoq; semel in anno circa principium quadragesime, ieiunium faciant in cellis, de clenodijs & utensilibus fratrum & conuersorum: qui huiusmodi priori exhibere debent. ¶ **P**riores, rectores, & fratres, testamentorum executiones in se non recipiant, absq; prioris superioris facultate speciali. **Q**ui talem facultatem sine causa rationabili, non concedat. ¶ **P**riores etiā & priorisse non permittant fratribus aut sororibus, recipere in depositum pecunias aut alia quecunq; clenodia: vel vllō modo talia custodire. **L**iteras missas conuentui prior non aperiat aut legat: nisi præsente suppriori aut procuratore, si alterum eorū commode habere potuerit. ¶ **N**ullus fratrum aut conuersorū literas aut schedulā mittat vel recipiat, aut sibi missas legat, per se interpositamve personam, sine consensu prioris. **P**rocurator tamen scribere potest de his, quæ ad vsum monasterij ex officio suo procurare debet. ¶ **P**rior cuiuscunq; domus præsentibus hospitibus legat **B**enedicite & gratias, & dicat **F**idelium sedeatq; ad nolam in refectorio: præterquam præsente priore superiore, aut visitatoribus, dempto priore superiore.

A

B

Prig. ad Reg. 11.

Prig. ad Reg. 7.

Confirmatum

anno 15 19.

Prig. ad Reg. 7. 2. 9.

C

Prig. ad Reg. 37.

A **Q**uando eligendus est supprior: consilio discretorum fratrum, vel maioris & sanioris partis capitularium, per priorem eligatur. Qui cum à priore nominatus fuerit: statim surgat, & veniens coram priore se prosternat. Deinde iubente priore surgens, & indignum minusq; idoneum huic oneri se contestans: humiliter supportari petat. Quòd si prior non annuerit assensum prebendo, iterum se prosternat: deinde iubente priore surgens, humiliter petat orationes fratrum, ac deinceps in sinistro choro primus erit. ¶ Absente priore, vices eius gerere debet: & interim omnes officiarum ad eum referent, si quid cause in ministerio cuiusquam emerferit? & eius præcepto obediunt: sicut prioris. ¶ Si quid tamen altioris negotii interuenerit, quòd per eius sententiam definiri non possit aut non debeat: usq; ad prioris aduentum differatur. ¶ Officiarios non instituet aut destituet, nec aliquem ad sacros ordines promoueri faciet? nouitios non recipiet, nec professionem accipiet: nisi de his mandatum prioris acceperit. ¶ Quoties vices prioris habuerit, reuerentia ei exhibenda est, siue in choro, siue in capitulo, siue in refectorio, siue alibi, sicut priori: excepto quòd non sedeat ad noiam, nec ei assurgitur, sed modice tantum inclinatur. Nec tunc legit aut ministrat in refectorio: sed si hebdomada eius fuerit, alium procurabit. ¶ A loquentibus illi, patris honoratur vocabulo: qui autem de absente loquuntur, supprioris illum appellant nomine. Verum præsentem priore, nullæ inclinationes illi fiunt. ¶ In cæteris, sicut alius frater se habebit. ¶ Quando prior domi est, & præsentem in choro non fuerit: ipse in maioribus duplicibus festis & supra thurificat, & collectam in medio chori dicit. ¶ Supprior quando prior domi non est, maiori difficultate dispenset aut concedat alicui quicquam, quòd communis institutionis modum excedit. Nam cum prior foris est: obseruationes & constitutiones ac rigorem omnem: conuenit nos fortius seruare. ¶ Quãdiu prior intra septa monasterii reperiri potuerit: non est supprioris dare alicui facultatē quoquam

Uig. ad Ry 22

*Transumptū
ex proæmio.*

A

quoquam egrediendi, aut aliquid notabile faciendi. Si autem prior facile inueniri non potuerit: tunc in rebus minoribus licentiam dare potest, utpote loquendi cum fratre de re utili, vel necessaria, aut similibus.

¶ Qui à supprior de quacunq; re licentiam accipit: si priori occurrerit, debet ab ipso, de eadem re licentiam postulare.

¶ Si absente priore, supprior singulare aut notabile quid alicui concesserit: debet hoc indicare priori do-

*Confirmatum
anno. 1552.*

*23a. p. 7. Regal.
f. 112. d. 1. p. 1.
in l. 1. v. 27.*

num reuerso, ¶ Ad supprior em precipue pertinet, in his in quibus reprehensibilis vel negligens fuerit, quæ vel ipse considerauit, vel ab alijs sibi intimata fuerint, admonere: & eum nihilominus quantum potest, coram alijs excusare.

B
11. g. ad Reg. 22.

Alias vero nullus fratrum, priori suo detrahere, vel per se illum arguere præsumat. Potest tamen suppriori vel procuratori, vel etiam ipsi priori, cum timore & reuerentia, humiliter intimare, si quid in eo reprehensibile, & accusatione dignum deprehenderit.

Quod si sepius admonitus emendare neglexerit: non tamen publice aut in conuentu arguatur, sed uisitoribus cum aduenerint reueletur, vel (si necesse fuerit) priori superiori denunciatur.

¶ Porro supprior singulis annis post festum pasche die congruenti, absolutionem petere debet. Non tamen fiet scrutinium, singillatim à singulis, super eius absolutione aut continuatione: quia illius destitutio solum spectat ad priorem.

C

¶ Si absente priore (in monasterijs non inclusis) supprior em quoquam proficisci necessitas postulauerit, de conuentus consilio id faciat: & tunc senior in ordine, vicem eius suppleat. Quo tamen tempore hebdomadarius, Fidelium, Confiteor, & Ad-

iutorium dicit, & benedictiones, & cætera ad diuinum officium spectantia facit. Nihilominus in maioribus duplicibus festis & supra: senior totum officium facit, in absentia prioris & supprioris.

¶ Suppriori autem domi existente, non est senioris vicem eius supplere, neq; alicui de quacunq; re licentiam dare: nisi loquendi breuiter cum fratre, cum supprior inueniri non potuerit.

De Procuratore. Cap. Tertium.

Cunctis in externis officijs occupatis, preficietur vnus de fratribus procurator: quem prior eliget, de consilio conuentus, vel maioris & sanioris partis. Qui instruitur, vt diligenter scribat, quid acceperit, quidve expenderit. Hic vniuersorum externorum strenue curam gerens, si magnum aliquid, aut præter consuetudinem agendum est, ad prioris semper consilium recurrat: nec grande aliquid citra illius consensum donare vel agere præsumat. ¶ Non dabit in pecunijs pro eleemosinis, ultra valorem floreni renensis. Quo semel, siue per partes dato: non debet sine consensu prioris amplius dare, intra annum. In ceteris rebus, communem modum eleemosinarum sine scitu & consensu prioris, notabiliter non excedat. ¶ Non debet pecuniam mutuo dare vel accipere, aut deposita custodire: nisi sciente & concedente prioris. Et si forte receperit: debet hoc quamprimùm poterit, indicare prioris. ¶ Debita etiam monasterij, statim cū potest soluat. ¶ Ad huius officij pertinet, vt omnes census & redditus monasterij, vndecunq; prouenientes, tempore statuto perquirat & recipiat, & singula prout distribuenda sunt & exponenda, tribuat. ¶ Omnes officarij in his quibus indigent, ad eum recurrent. ¶ Quoties à prioris requisitus fuerit, rationem de singulis sibi commissis reddat: & de statu domus & familie sepius cum ipso conferre non negligat. ¶ Cum laicis familiaribus, & cum mercenarijs, quandoq; capitulum tenere debet: eosq; reprehendere & corrigere. Quibus etiam semel saltem in hebdomada exhortatio facienda est, a prioris vel ab his quibus ipse commiserit. ¶ Alias nullus prior vel frater, publice predicare debet: exceptis festis dedicationis & patroni, in proprijs ecclesijs, & hoc potius per alium non nostre religionis fiat. ¶ Si quādo foris aliquid inordinate fieri videt: ad ipsam pertinet, cum oportunū fuerit reprehendere: ad illū vero qui reprehenditur, humiliter veniā postulare. Quod si quis eorū se nō emenda-

emendauerit: debet hoc indicare priori. ¶ Ipse quoque ex commiſſione prioris, confeſſiones eorū audit, & communionē ſacrā in feſtis adminiſtrat: niſi prior alteri iniunxerit. ¶ Procurator tēpore ſilentij cū fratribus loqui non debet. ¶ Animalia ad paſtum emere, & eorum fructum ſiue peculium inde proueniens, ad utilitatem monaſterij (quantum ſine peccato poteſt) non prohibetur. ¶ Terras conducere vel elocare, aut ſimilia agere, aut etiam mercenarios conducere, ſine prioris conſilio non debet. ¶ Quando quoquā proficiſcendum eſt illi: prius priori cauſam itineris ſui indicare debet, ſiue ſuppriori, ſi prior præſens non fuerit. Et tunc ſocius deputatus deferet procuratori, niſi fuerit ſupprior. ¶ Procurator quamuis exemplo marthę, cuius ſuſcepit officium, circa multa ſolicitari & turbari neceſſe habeat: ſilentium tamen, & quietem celle, non pænitus abijcere debet: ſed potius (quantum domus negotia patiuntur) in choro & reſectorio ad eſſe ſtudeat: & ad cellam, quaſi ad tutiſſimum & quietiſſimum portum recurrat: vt legendo, orando, & meditando, turbulentos animi ſui motus, ex rerum extēnarum cura vel diſpoſitione emergentes, ſedare, & in arcānis ſui peſtoris, aliquid ſalubre, quod ſibi commiſſis, ſuauiſſe & ſapienter eructet, poſſit recondere. Tanto enim frequentioribus admonitionibus indigent: quanto minus literas norunt. ¶ Qui ſi (quod abſit) negligens, aut prodigus, aut contumax inuentus fuerit, ſepiuſq; correptus ſe emendare noluerit: ſubrogato in locū eius meliore, ad celle protinus cuſtodiam reuocetur: vt qui nequit alienam, ſuam ſaltem ſalutem operetur. ¶ Procurator ſemel in anno de receptis & expoſitis, & omnibus quæ debet & quæ debentur ei, coram conuentu rationem reddere, & abſolutionem ab officio ſuo petere debet. Non tamen fiet ſcrutinium ſingillatim a ſingulis, ſuper eius abſolutione aut continuatione: quoniam eius deſtitutio ſolum ſpectat ad priorem. ¶ Reliqui officiales, excepto ſuppriori, non præſumant in conuentu querere miſericordiam, niſi de conſenſu prioris.

A prioris. Et hos prior destituere & instituere potest : cum ei visum fuerit expedire.

¶ De cellario. Cap. quartum.

NE autem procurator nimium grauetur : vnus de conuersis, vel alius fidelis, ei in solatium dari potest. Hic itaq; in his quæ ad cellarium, coquinam, braxatorium & pistrinum spectant : ei subseruire debet. Qui & prouidentia circumspectus, & rebus disponendis ac conseruandis, sollicitus sit & studiosus. Qui tamen in nulla re contra procuratoris ordinationem quicquam agere præsumat : sed in his quæ agenda sunt, eius requirat consilium, & obtemperet voluntati. **¶** Frequenter etiam circa coquinam & cellarium esse debet, vt sibi commissæ custodiat : & petentibus, quomodo & quantum oportet, de his quæ in cellario seruantur, distribuât. **¶** Diligenti quoq; cura prospiciat, ne coci vel pistores sibi commissæ negligenter curent aut preparent : ne fratribus molestia aliqua generetur, & ne damnum aliquod domui accedat. **¶** Prouidere etiam debet, vt segetes mudentur, & procuratori reducere ad memoriam quæ faciēda sunt : & prouidere quantum potest, ne per ipsius aut alterius negligentiam, aliquid alicubi pereat. Et si quid perierit : prostratus reum se culpabilemq; fatebitur. **¶** Hunc etiam precipue benignum & misericordem esse oportet : vt nō solū malis aliorum compati, sed & mala pati, & fratribus sine murmure seruire sciat. **¶** Possunt tamē quedā de predictis alteri cōmitti : si cellarius curam singulorū gerere nequeat. **¶** Excepto priore, procuratore, cellario, & infirmario quādo propter infirmos opus habet : nullus cellarium vel coquinā sine cōsensu prioris intrat. **¶** Cū officia aliqua laicis cōmittuntur : diligēter instruēdi sunt, vt secūdū cōstitutiones nostras cōmissa sibi peragāt, aut etiā in lingua vulgari, mod⁹ officij eis ex cōstitutionib⁹ cōscribatur.

¶ De refectorio. Cap. quintum.

Officium refectorarij, vni conuersorum, vel alicui fideli committitur. Ad quem pertinet, tempore statuto, siue ad prandium,

prandium, siue ad cenam, mensam preparare, panem & potum
apponere. ¶ Mappas, mantilia, cæteraq; lintea ad refectorium
& lauatorium pertinentia, ipse conseruat: & cum opus fuerit,
abluit aut abluenda curat. Amphoras etiam sepius lauare debet.
¶ Candelabra quoq; prouidere debet, quæ hyemali tempore in
refectorio fratribus in cæna anteponuntur: quæ sic disponenda
sunt, vt soli priori vnum, & duobus vel tribus fratribus, æque
vnum subseruiat. ¶ Quilibet frater secundum ordinem a mi-
noribus inchoando, cū refectorio in apponendis & remouen-
dis cibis, hebdomadam complet: & tempore ieiunij, potum ad
collationem ministrat. ¶ Infra collationem sedemus eodem
ordine quo in choro stamus: excepto quòd prior sedet in frõte
mensæ, suprior vero in loco suo, cum vno fratre seniore de cho-
ro suo. ¶ A dominica vero quinquagesime vsq; ad pascha, fra-
tres quotidie sibi succedunt, legendo & ministrando in refectorio,
¶ Frater cuius est in refectorio ad mēsam ministrare, finitis sex-
tis vel nonis pro tempore, vel vespers quando cenandum est,
cum cibus paratus fuerit, primum signum pro refectione faci-
at: interposito tamen modico interuallo, quòd ante cenam pa-
rumper protrahi potest, non tamen vltra spacium septem psal-
morum. ¶ Admonemus quoq; vt nullus fratrum interroget
a quocunq; quid coquatur: nec aliquis recusare debet cibum,
qui generaliter omnibus est paratus, nisi infirmitate cogente. Nō
est enim consuetudinis nostre pro cibis murmurare: maxime
in conuentu. ¶ Si autem aliquis ministrorum notabilem con-
fusionē, tempore refectionis fecerit vtpote amphorā frangēdo
vel fundendo, aut aliquid simile: ante mensam prioris veniens,
genua flectat, donec a priore signum surgendi accipiat. Si qui
vero de confidentibus offenderint: statim postquàm fratres
surrexerint, culpam recognoscentes veniā petere debēt. ¶ Re-
fectorariū etiam nosse oportet infirmitates fratrum, quibus ali-
qua specialiter de consilio prioris vel infirmarij impēdere opus
fuerit: vt sciat quid vnicuiq; tribuere oporteat. ¶ Prouidere

- A** etiam debet, ut quæ fratribus apponuntur, equaliter sine personarum acceptione diuidantur: nisi quibus propter infirmitatē vel debilitatem, prior amplius dandum indicauerit. ¶ **I**nter comedendum, frequenter circumspicere debet: ne forte quid alicui desit, quod ipse supplere possit. Quòd si aliquem fratrem de cibis apposis modicum vel nihil comedere viderit: debet hoc priori indicare. ¶ **S**i quid de his quæ in communi dantur alicui defuerit: debet hoc ab aliquo refectorario indicari, ut ipse suppleat. ¶ **I**pse quoque sepius ad priorem respicere debet: ut si quid ille faciendum innuat, preesto adesse possit. ¶ **A**d fenestram stans, sermones multos & superfluos serere non debet: sed silenter & submisso loquatur, quæ necessitas exposcit. ¶ **T**empore prandij & collationis, provideat refectorarius ne in refectorio tumultus aliquis aut vox, nisi solius legentis audiatur. ¶ **A**d eum pertinet etiam, quando radendi sunt fratres vel minuendi, vasa & aquam calidam, & cætera quæ necessaria sunt preparare, & postea singula reponere: nisi fuerit alteri a priore commissum. ¶ **A**d ipsum quoque pertinet tempore hyemali, quoties necesse fuerit, in loco deputato, ignem conuentui preparare: videlicet, post missam, ante prandium, ante cenam etiā vel collationem, vel (cum intensum frigus fuerit) etiam statim post primas vel tercias. ¶ **A**d refectorium non facile hospites admittantur: exceptis religiosis.
- B**
- C**

¶ **De infirmario. Capitulum. 6.**

Egrotantium cura vni alicui de fratribus vel conuersis debet iniūgi: ut ipse a cellario petat quod cuique opus esse perspexerit. ¶ **H**unc precipue decet esse misericordē & patientem. Qui etiā quotidie quoties opus fuerit infirmos visitare debet: & ea quæ ipsis preparanda sunt secundum possibilitatē domus, tempestiue procurare. ¶ **Q**ui tamen et ipsi secundum beati **B**enedicti dicta, ne superflua vel impossibilia petendo, vel forte murmurando, seruientes sibi contristant: diligēter admo-

nentur

*sig. ad Reg 35
m. 3. 4. 5. 6.*

*sig. ad Reg 17
m. 12. 13. 14.*

mentur attendere, vt memores sint arrepti propositi, & vt sanos a sanis, ita egrotos ab egrotis secularibus, debere cogitent discrepare. **Omnino tamen caueatur: ne infirmi a seruatoribus, vel ab alijs negligentur.** ¶ **Infirmarius libros pro horis dicendis, & pro sacra lectione providere debet: & cum necesse fuerit, curam eis, per se vel per alium, horas aut sacram lectionem legere.** ¶ **Hic in solatium habere potest aliquem ex familiaribus, qui ei in ministerio infirmorum subseruiat: quiq; sepius, maxime si infirmi penitus lecto decumbunt, adesse debet, nec facile nisi ipso infirmario presente & concedente, quoquam digrediatur: vel si ipse abest: concedente infirmo vadat, & egressus diu moram non faciat.** **Si autem foris eum diu morari necesse fuerit: infirmarius alium infirmo in solatium provideat.** ¶ **Ad curam etiam infirmarii spectat, cum ingrauescere ceperit languor infirmitatis, priori denunciare, vt communis pro infirmo fiat oratio.** **Ipsi quoq; est que ad communionem infirmorum, inunctionem, & sepulturam necessaria sunt procurare.** ¶ **Infirmi lecto continuo decumbentes, aut pre infirmitate valetudinarii egredi non valentes: cum sibi seruiantibus licite loquuntur. Hi vero qui continue lecto non decumbunt, & valetudinarium interdum egrediuntur, & quibus non est necessarium pro infirmitate frequentius loqui: quamdiu in valetudinario manent, hanc legem habebunt.** **A completorio vsq; ad crastinum post primas, & interim dum regulares hore dicuntur, & cum suam seruant refectionem, silentium tenere debent: nisi cum infirmario, vel sibi seruiantibus, pro necessitate loquantur.** ¶ **Quibus etiam temporibus, monentur vel in ecclesia audire diuina, vel in suis cubiculis spiritualibus se aptare exercitijs.** ¶ **Sed & infirmarius caueat, ne dictis temporibus, & maxime post completorium, in loquendo & visitando, sese talibus exhibeat: nisi necessitas occurrat.** ¶ **Cæteris vero temporibus, in valetudinario & non alibi, huiusmodi infirmi, donec ad conuentum redeant, loqui possunt: sed non cum extraneis.** **Per hæc tamen**
non con-

A

Mag. ad Reg. 24.

B

C

Secunda pars

A non conceditur fratribus qui infirmi non sunt, loqui cum infirmis, absq; speciali consensu presidentis. ¶ Si in capitulo alique orationes cunctis generaliter iniuncte fuerint, vel si ipsi in re aliqua accusati fuerint: hoc eis infirmarius nūtiare debet. Et si in aliquo offenderint: ad ipsū pertinet eos admonere, vel corripere: & si se non emendauerint, priori indicare. ¶ Postquam autem infirmarius intellexerit non esse necesse eos diutius in valetudinario manere: indicabit priori, vt ad conuentum & ad communes obseruationes redeant. Si tamen ampliori humanitate vel recreatione indigerint: in prioris discretionem relinquitur, vt ipse eis prouideat, aut infirmario prouidendum committat, sicut cuiq; opus esse perspexerit. ¶ Infirmarius etiam dum tempus minutionis aduenerit, priorem admonet: vt ipse fratribus diem quo minui debeant, in capitulo denuntiet. Procuratorem quoq; admonere debet: vt fratribus aliquid cibi melioris prouideat. ¶ Ad infirmos & hospites nullus fratrum vel conuersorum, dum comedūt se ingerat: excepto procuratore, & infirmario ad infirmos, & ministris eorum. ¶ Nemo quoq; medicinam aut chirurgiam exerceat, aut curam corporalem impendat extraneis: sub pena priuationis omnium instrumentorum & utensilium, in hac arte necessariorum.

Confirmatum
anno. 15 21.

C

De vestiario. Cap. septimum.

AD officium vestiarij pertinet, omnia vestimenta fratrum lanea & linea, siue pellicea, calceamēta quoq; & pānos pro vestimentis custodire, & excutere ne a tinea ledātur. Rupta etiā seu attrita, reparari & resarciri faciat. ¶ Hic igitur secundū facultates domus, studeat pie singulis ministrare, quæ opus sunt eis. ¶ Ipsi autē quibus ministratur, caueāt ne superflua requirāt: & quæ eis concedūtur, diligenter a corruptela custodiant. ¶ Sane & hoc singulos admonemus, nullo modo decere religiosum, vestimen-

vestimentum aliquod pro vilitate respicere : nisi manifesta incommoditas, aliud petere cogat. Quia si quid pro vilitate abijciatur, damnanda est superbia : si pro incommoditate mutatur, infirmitas toleranda. ¶ Nec debent inter se fratres vestes commutare, sine vestiario : sed ipse singulis secundum congruentiam temporis, alias tribuit, & alias recipit, receptasq; custodit. ¶ Tempora quando vestes lauentur obseruet : & curet ne vel munde superflue lauentur, vel immunde diutius negligantur. ¶ Tunice inferiores siue interule per hyemem ad duos menses, &estate ad vnum mensem vel circa, de consuetudine lauatur. Subtilia vero circa mensem, & superpellicea circa sex hebdomadas lauari solent. ¶ Indumentis lineis nullo modo ad carnem vtimur : exceptis linteis, quibus tempore dormitionis capitategimus. ¶ In dormitorio lecti plumati, vel linteamina nullo modo concedantur : sed nec infirmi quidem linteaminibus vtantur, nisi propter sudores vel aliam notabilem causam, prior eis aliquando concesserit. Potest etiam prior concedere infirmis lectos plumatos, sed sanis nequaquam. ¶ Extra domum iacere possumus, sicut nobis fuerit stratum : ne hospites molestentur. ¶ Nullus vnquam sine interula iacere presumat : nisi cui post balneum prior forte concesserit, vel nisi infirmo in sudoribus posito hoc indulserit. ¶ Femoralia his qui postulant non denegantur : maxime iter factoris. ¶ Superpellicea quibus a pascha vsq; ad matutinas in exaltatione sancte crucis vtimur, non sint de subtiliori panno : sed mediocri. ¶ Subtilia vero que omni tempore super tunicas gestamus : sint nonnihil rudiora superpelliceis, sed non notabiliter longiora. ¶ Fratres redditi, portant manicas in subtilibus vltra cubitum non porrectas : propter distinctionem habitus. ¶ Manicę superpelliceorum, circa duas vel tres palmas, vltra digitos promineant. ¶ Vtimur autem ad lectisternium, culcitra floccis differta, puluinari, ac cervicali plumato loco vero linteaminum, pano laqueo : stragulis autem vel vno vel pluribus, vt cuiq; opus fuerit.

¶ **A**d

A

Tem. Jul. Mg. ad Reg. 12.

mi. 22.

B. ad Reg. 12.

Jul. Mg. com. ad Reg. 12.

ibidem. mi. 11.

C

A ¶ Ad vestitum autem habemus tunicas duas superiores, & duas vel tres inferiores, nodis instructas, duas vestes pelliceas, caligas & foccos prout necesse fuerit. ¶ Quicquid vero ad lectum vestitumve pertinet, cuius qualitatis sit, nō curabit subditus vel prelatus: sed tātum vt frigus arceatur, & nuditas tegatur. Nam ad omnes religiosos, humilitatem, attritionemq; pannorum, & vniuersorum quibus utuntur vilitatem, paupertatem & abiecti onem, certum est pertinere. ¶ Cucullæ igitur nostræ, chlami des, & capitia de nigro sint panno: tunicæ vero & caligæ, de albo. Cuius precium sic estimetur: vt due extense vlne de nigro, & tres de albo, valorem scutati franciæ non excedant, nisi forte panni latitudo duas vlneas notabiliter excedens, augmentū præ cū requireret. ¶ Cuculle etiā nostræ non sint ampliores quàm semitotande, & superius sine rugis, & sint in anteriori parte fisse, vsq; ad medium pectoris. ¶ Chlamides breuiores sint tuni cis circa latitudinem palmæ: quibus etiam vti possumus equi rantes, vel in ciuitate ambulantes, dummodo formam religioni congruā habuerint, & fuerint absq; manicis. ¶ Capitia nostra tam magna sint: vt vtranq; scapulam contegant. ¶ Tunicæ no stræ inferiores siue interule, nodos habeant vsq; ad vmbelicum: & parumper vltra medium tibiaram protendātur, manicæ etiā sint absq; nodis, nec multum ante fisse. ¶ Tunica superior, infe rius vna palma distet a terra. Superpellicea & subtilia breuiora sint quàm superior tunica, vna plena palma: equaliter inferius rotunda. Tunicæ & vestes reliquæ eius sint amplitudinis sub ax ellis, vt facile exui valeant. ¶ Pelliceæ vestes de pellibus sint ouinis vel agninis. ¶ Almutia quorum vsum habemus a pascha vsq; ad matutinas in festo exaltationis sanctæ crucis: de nigris ouinis pellibus fiāt, ita vt pelles ferarum syluestrium, cuiuscūq; generis, in nullo nostro habitu admittantur. ¶ Calcei nostri de nigro sint corio, & antierius nō acuti, nec pedes propter arcti tudinem constringentes. ¶ Pilei itinerarij nigri sint coloris: quorum circumferentiæ, quatuor digitos habeāt in latitudine.

¶ Cin.

Mutatum.

B

Additum.

C

Cingula nostra de simplici & communi sint corio: & habeant in latitudine mensuram lati pollicis. Et in ipsis cingulis vel cultellis, & in omni usu nostro communi vel privato, nihil de serico vel argento, seu quocumque precioso, vel aliud quid appareat curiosum: excepto ministerio altaris. Qui contra fecerit: re illa priuetur, & arbitrio superioris puniatur. **V**estiarius eos qui vestimenta seu calceamenta negligenter custodiunt, reprehendere debet. **C**aveant autem priores, ne permittant subiectos suos facere cingula, aut cultellorum vel clauium corrigia opera, siue alio quocumque modo procurare pecunias: quarum pre-
Uide nig ad Roy no. 73. cap. vite. s. Pirone.

A Additum.

no. 73. cap. vite. s. Pirone.

Nemo etiam assumat aut legat missas, petentibus extraneis, & pecunias dantibus aut promittentibus: sed eos mittant ad priorem. Contrarium facientes: tanquam proprietarii puniendi sunt. **Q**uod si alicui nostrum vestis, aut cultellus, aut aliud quid missum fuerit, ad priorem deferatur: & ex bona consuetudine, non ei cui missum est, sed alii potius datur. In arbitrio tamen prioris relinquitur, vtrum ei cui missum est an alteri tribuatur.

Uide nig ad Roy no. 20 et seq.

B Confirmatum anno. 15 22.

no. ad Roy 9.

De custode sacrarii, quem sacristam vocant. Cap. 8.

Hic de manu prioris claves accipit, & cum clauibus custodiam omnium que in sacrario & in ecclesia sunt. **A**lbas & casulas, libros quoque ad diuinum officium pertinentes, & cetera recipere debet ad numerum, & breuiter annotare. Quae autem sub custodia eius seruantur, prior etiam annotata habere debet: vt sciat pro quibus rationem exigere debeat, cum opus fuerit. **I**pse quoque omnia que sub sua custodia tenentur: magna diligentia seruare debet, & frequenter inspicere, ne quid forte vel desit, vel aliquam corruptionem contraxerit. **S**i quae etiam in vestimentis aut in ceteris que ad ministerium ecclesie pertinent, scissa vel attrita, aut quolibet alio modo reparanda fuerint: debet vt citius reparentur curare, omnia quoque munda custodire, & immunda quoque, vt citius abluantur procurare, & ne vnquam sacra vestimenta, postquam inueterauerint, ad alios
no. ad Roy 19.

C

vsus ex-

A vsus extra sacrum ministerium transferantur, diligenter curare. ¶ Debet & cineres, cum aliquid horum combusserit, in loco sacro reponere. ¶ Corporalia autem de purissimo & mundissimo lino preparari oportet: & vel in capsulis vel in saccellis mundis, diligenter complicata reponere. ¶ Quotiescunq; abluenda sunt corporalia, & linteola quibus calices & digiti sacerdotis terguntur: in vase ad hoc deputato, per se vel per alium abluit, primam eorum lotionem in piscinam proijciens, cæteras in locū mundum effundit. ¶ Ad huius etiam officium pertinet, oleum & cætera ad luminaria ecclesie necessaria, a procuratore cum non habuerit requirere, & preparata seruare: & cereos & candelas, quoties opus fuerit, vel per se vel per alios facere, & factas conueniēti loco custodire, & inde quibus & quando opus est ministrare. ¶ Ipse quoq; cauere debet, ne in ecclesia cereorum numerum aut magnitudinem supra consuetudinem aut necessitatem amplificet: sed modum subscriptum studeat obseruare. ¶ In solemnibus festis, & ferijs secundis pasche & penthecostes, ad vespervas, ad matutinas, & ad missam maiorem quatuor cerei: in maioribus vero duplicibus, & in duplicibus, ad vespervas, ad matutinas, & ad missam maiorem, & generaliter in omnibus missis conuētualibus, duo cerei in altari collocantur. ¶ In festis nouem lectionum, & intra octauas pasche & penthecostes, & in commemoratione beatę Marię, ad vespervas & matutinas, vnus tantum cereus in altaris medio ponitur. ¶ Ad priuatas missas, vnus cereus in dextero cornu altaris ponitur. ¶ Singuli cerei pondus vni⁹ libre nō excedant: excepto cereo paschali, qui pondus septem librarum excedere non debet. ¶ In dedicatione ecclesię ad vespervas & matutinas & ad missam maiorem: duodecim cerei in parietibus accenduntur. In dedicatione vero altaris, & in principali festo patroni eiusdem, ad vespervas & ad matutinas, vnus cereus in ipso altari ponitur: ad missam vero eiusdem altaris duo. ¶ Prunas quoq; ad incensum in missa, & in vespervis, & in hyeme ad calefaciēdas

manus ministrorum altaris & celebrantium : & cætera pro ministerio altaris & ecclesie requisita, prouidere debet. ¶ Ecclesiam & ambitum mundat, dato sibi adiutorio, quater in anno. Chorum autem crebrius mundare potest. ¶ Ad ipsum pertinet die ac nocte tempora debita ad diuinum officium celebrandum custodire, signa pulsare : & a pascha vsq; ad exaltationem sancte crucis inclusiue, finitis gratijs vel nonis pro tēpore, vnus horę spacio elapso, fratres excitare. ¶ Igitur ad matutinas, ad primas, & ad horam que missam præcedit, ad vespervas & ad cōpletorium, bis pulsatur : sed in maioribus duplicibus & supra, ad vtrasq; vespervas & ad matutinas, ter pulsandum est. ¶ In festis nouem lectionum & supra : ad matutinas hora vndecima primum signum fiat. In breuioribus matutinis circa duodecimam horam, secundum signum fiat : sed in longioribus parumper prius. Tempus vero inter primum & vltimum signum, pro matutinis & primis sic tēperetur : vt circa spaciū saltem quartę partis horę proteletur. In æstate tamē hoc spaciū parumper breuiari & in hyeme prolongari potest. ¶ A pascha vsq; ad exaltationem sancte crucis, primū signum ad primas fiat quinta hora. Reliquo tempore anni & in festis nouem lectionum æstate & hyeme, ad medium sexte secundum signum fiat. ¶ Veruntamen priusquam secundum signum pulsetur ad primas ter modicus pulsus fiet, vt sic fratres admoniti, ter Aue maria dicant. ¶ Diebus bine refectionis a pascha vsq; ad exaltationem sancte crucis, primum signum ad tercias aliquantulum post horam septimam pulsatur : in hyeme vero, paulo tardius. ¶ In diebus vnicę refectionis, æstate & hyeme (excepta quadragesima) is sit pulsandi modus, vt circa vndecimam horam in ecclesia cuncta terminentur, in quadragesima vero, circa duodecimam. ¶ Hora vero pulsandi tribus diebus ante pascha, in ordinario expressa est. ¶ Primum signum ad vespervas quando cenatur, fit tertia hora : quando ieiunatur, per mediam horam protelatur. ¶ Quando vigilię nouem lectionum dicende sunt, circa horam

A

B

Confirmatum

anno. 1509.

C

G

quando

A quando vero trium lectionum, circa mediam horam, signa ad vespervas anticipantur. ¶ Inter duo signa ad tercias vel sextas pro tempore, & ad vespervas: fit spacium non minus media hora, in quo sacre lectioni operam damus. Ad completorium circa medium sexte, secundum signum pulsatur. ¶ Ostium extremum ecclesie inferioris, per quod ingrediuntur qui de foris veniunt, a festo omnium sanctorum vsq; purificationem beatæ virginis, is cui id a priore iniunctum fuerit, ante completorium claudit, & post primas aperit: cæteris temporibus, ante primas aperit, & post completorium claudit. Nec vnquam illud nocte aperit: nisi in noctibus natalis domini, & pasche.

B ¶ Ostium autem quod familie & hospitiibus peruium est: semper ante matutinas & ante primas aperit, & post matutinas & completorium occludere debet. Si negligit: culpabilem se fatebitur. ¶ Quando ostia claudenda sunt, ecclesiam lustrare & circuire debet: & sic demum ipsa firmare. ¶ Si quando forte ad matutinas, multo tardius solito pulsauerit: priori aut cantori, indicare debet, vt pro breuitate temporis, res diuina nonnihil festinantius ab-

*Canon reliquus
et vltimū sanctorum
tractat in vlti-
mā. In offitio
floreō. vānos
et ferebat bñoli,
tū si habetur ad bñat,
vāc solūm vā ad bñat?
deniq; p fideles
sancti offitij tūc
ratione mian
dei sibi pedulo
procurat.*

soluatur. Ipse autem culpam suam in capitulo dicat. ¶ Semel
in anno circa pascha calices intus & foris aqua calida lau-
uat, & lotionem in piscinam mittit. Si autem sacris initiatus nō
fuerit: de consensu prioris alium rogat. ¶ Eodem quoq; tem-
pore, sacrum oleum procurare non negligat.

¶ De cantore. Cap. nonum.

A officium cantoris pertinet omni tempore que in tabu-
la notanda sunt, tempestiue signare. ¶ Obseruare autem
debet in cantandis siue legendis, ne illum qui minoris est ordi-
nis, supra illum qui maioris est ordinis ponat: id est, nec diaconum
supra sacerdotem, vel supra diaconum subdiaconū. ¶ Ad
queq; vero a duobus pariter decantanda, quantum conuenienter
potest, equalis gradus fratres studeat ordinare. ¶ Si quos
in tabula postquam visa est mutauerit: hoc ipsis quos mutauit,
tempestiue indicet. ¶ Si vero aliquis, id ad quod signatus est,
exple

explere nequiverit : cantori significet, vt aliū substituatur. ¶ **Q**ui
cunq; aliquid cantare vel legere in ecclesia debent, prius prouideant si indigent : alioqui corrigantur. ¶ **S**i quis forte ex his
qui in tabula positi sunt, defuerit : ad cantorem pertinet siue in
cantando siue in legendo, vicem eius supplere, vel aliū iniungere.
¶ **I**psius quoq; est processiones ordinare, & faciēda disponere :
& eos qui non bene incedunt dirigere. ¶ **I**n cantu ecclesie, si
quid erratum vel dubitatum fuerit, & in eleuatione cantus, ne-
mo illi preiudicet : & quod ille prior incepit, nullus aliud aut a-
liter (excepto priore) incipiendo perturbet. ¶ **S**i qua etiam su-
bito cantanda vel legenda euenerint, quæ nulli prius specialiter
iniuncta fuerint : ipsius est, cui voluerit, agēda innuere. ¶ **A**d
ipsum pertinet, legētib; ad mēsam, quid & quādo legere debe-
ant ostendere. ¶ **H**omilie sanctorū patrū in festis, & in his dieb;
qui proprias habēt, primo omnium leguntur. **S**abbato tamē sem-
per regula legitur : nisi propter festū aliquod, seu aliā conueniē-
tem causā preueniatur. **L**ecta homilia; cetera de festis & tēpo-
rib; leguntur. ¶ **S**ermones & homilie quæ sepius reuertantur :
semel in anno ad refectoriū integraliter leguntur, secundū dispo-
sitionē cantoris, nisi priori aliter visum fuerit. ¶ **C**ū de festo ali-
quo in dominica nō vacāte cātatur : finitis quę de festo sunt, vel
si propria non sunt, legitur homilia dominicalis in refectorio.
¶ **L**ibri bibliorum incipiendi sunt in refectorio : quando inci-
piuntur in ecclesia. **Q**uatuor euangelia vsq; ad passionē, in qua-
dragesima ad collationem leguntur. **P**ossunt tamē propter bre-
uitatem temporis huiusmodi libri in refectorio prius incipi.
¶ **A**d cantorem etiam spectat, quotiescunq; in psalmodia, vel in
cantu, vel in alio quolibet diuino officio, propter superuenien-
tem quamlibet causā, plus solito vel tardandum vel festinan-
dum fuerit : hoc ipsum fratrib; significare. **S**i quando plus iu-
sto, vel festinatur vel protrahitur officium : ipse ad certam men-
suram temperare debet. ¶ **Q**uod si quid in officio suo negli-
genter fecerit : non temere a quoquam corripiatur, sed in capi-
tulo accu-

A tulo accusetur. ¶ Porro vnus iugiter sit cantor : & vnus succentor. ¶ Cantores solliciti sint, vt semper mediocritas seruetur in cantu nostro : vt & grauitatem redoleat, & deuotionem excitet. ¶ Cantoris est admonere eos qui nimis lente, vel nimis festinanter canunt vel legunt. Cantores caput detegunt, cū aliquid ex officio suo incipiunt : exceptis responsorijs in matutinis & vigilijs defunctorum, & antiphonis post psalmos & cantica, & ad memorias & suffragia.

¶ De hebdomadarijs. Cap. decimum.

B **O** rdo sacerdotum & hebdomadarios, a senioribus incipit : & per singulas hebdomadas, de vno choro mutatur in alium. Cum vero numerus sacerdotum impar est : officium sacerdotij ab vltimo regreditur ad supriorem, etiam si sit in eodem choro. ¶ Qui sacerdos hebdomadarius est missæ conuentualis : in hebdomada sequenti primam missam concurrentem procurare debet. Si vero vna die plures missæ occurrerint : in dispositione cantoris relinquitur, quibus assignare voluerit. ¶ Cum autem duæ missæ cantandæ sunt : sacerdos primæ missæ concurrentis cantat missam minorem, & hebdomadarius conuentus, maiorē. In festis vero in quibus maior missa spectat ad priorem : minor (etiam si legenda fuerit) pertinet ad hebdomadarium missæ conuentualis. ¶ Quando sacerdos hebdomadarius missæ conuentualis vel priuate celebrare non potest, vel causa reuerentiæ quandoq; superfedere vult : alium rogat : & ille si potest, pie annuere debet : alioqui humiliter se excuset. ¶ Si sacerdos hebdomadarius aliquando absens fuerit : iunior sacerdos sibi proximus, vices eius supplet, etiam si fuerit versicularius. Cum autem infirmatur, vel quoquam profectus fuerit : si de tota septimana, aut nihil prorsus, aut parum facere potest : qui sequitur eum, vices eius supplet, cuius ipse vicissim (si tam cito conualuerit, vel de via reuersus fuerit) vices agat. Hoc autem quod de hebdomadario sacerdote diximus : de cæteris etiam hebdo-

hebdomadarijs seruandum est. ¶ Cum vnus solus est diaconus, ministrat ad omnes missas conuētuales, in quibus solus diaconus ministrat: & cum paratus nō est, alium procurat. In missis vero quę cum duobus ministris celebrantur, exceptis maioribus duplicibus festis & supra: subdiaconus, si adest, ministrat in officio suo cum diacono. ¶ Si autem subdiaconus nō adest: diaconus ministrat in officio subdiaconi, & iunior sacerdotū in officio diaconi. ¶ Quando plures sunt diaconi vel subdiaconi, quilibet seruat hebdomadam suam ministrando ad missam: & vno non parato, alter supplet vicem illius. Similiter cum fuerint plures diaconi: ille legit euangelium, cuius est hebdomada, etiam si iunior in ordine fuerit. ¶ Cum vero nullus fratrum est diaconus aut subdiaconus: tūc iuniores sacerdotes (excepto versiculario) ministrabunt ad missam: senior videlicet in officio diaconi, & iunior in officio subdiaconi, quando vtriusq; ministerium requiritur. ¶ Si etiam cuncti fratres, sacerdotes fuerint: duo iuniores faciunt officium versicularij, sed non hebdomadarius. Si tamen hebdomadarius omnium aut fere omnium iunior fuerit: deferre debet supriori & seniori domus: nempe vt suprior fungatur officio hebdomadarij: & hebdomadarius officio versicularij.

De librario. Cap. vndecimum.

Librarius omnes monasterij libros ad diuinū officium non spectantes in custodia sua habet. Quos etiam proprijs nominibus singillatim annotatos habere debet, & per singulos annos bis aut ter exponere & recensere: & ne in eis vel tineam vel alia qualibet corruptela infectum vel exesum sit, diligenter confiderare. ¶ Prior quoq; omnes libros, qui sub custodia eius seruantur, annotatos habere debet: vt sciat vnde rationem exigere debeat, cum opus fuerit. ¶ Librarius signat libros cum extra domum ignotis mutuo dantur, & pignus vel cyrographum recipit, & custodit: nisi priori aliter visum fuerit. ¶ Libris quos a librario studij gratia accipimus, omnem diligentiam curamq; prebere

A

Mutatum.

B

Mutatum.

C

uig. ad Reg. 8.

A prebero monemur: ne puluere vel alia qualibet sorde maculentur. ¶ Nullus vero subditorum petat sibi foris concedi libros

Additum.

Confirmatum

anno. 15 27.

Mag. ad Reg. 8.

Confirmatum

anno. 15 47.

sine consensu prioris. Et si quis consentiente superiore (si prior domi non fuerit) librum aliquem a foris attulerit : ostendat illum priori reuerso. ¶ Libros quoq; lutheri, eiusdem sequaciū legere, aut penes se detinere, aut custodire nemo p̄sumat : sub pena carceris. ¶ Libros veteris ac noui testamenti, vel eos cum quibus diuina celebrantur officia, sine capituli generalis consilio, nullus emēdare p̄sumat, sine exemplaribus domorum nostrarum emendatis : nisi iudicio prioris, & prudētium fratrum error aliquis manifestus appareret. ¶ Sic nec communē vsam domorū nostrarū in accētibus & in orthographia, a quoquā volumus immutari. ¶ Porro si qua in libris ecclesiasticorū doctorū mendosa, vel emendatione digna videantur : priores prouideāt quantum potuerint, vt ad libros, qui correcti sunt in domibus nostris (si haberi possint) corrigantur.

¶ De portario. Cap. duodecimum.

Portarius de conuersis vel alijs familiaribus talis constituatur : qui quantum fieri potest, benignus, affabilis, & probatus sit moribus. ¶ Hic mansionem iuxta portam habere debet, in qua iugiter commoretur : nec moram longam facturus inde discedat : nisi alium vice sua relinquat. ¶ Huic magnopere obseruandum est : ne aduenientes de foris aliquo modo contristet. ¶ Eis tamen qui sero ex quo porta speciali clausura clauditur vsq; ad mane quando aperitur veniant, non facile aperire debet : nisi prius causam vel personā cognouerit. ¶ Hora claudendi portam seruatur : quando tenebre diem obscurauerint. In longioribus tamen diebus circa horā nonam. Hora autē mane aperiendi, intelligitur hora primarū : vel tempore hyemali, quando clarior dies illucescit. ¶ Interim etiam, nec alicui de his qui intus sunt, facile aperiat : nisi certam & manifestā causam ostendat. Hoc namq; tempore speciali clausura portam obserabit : ad quam etiā nemo sine speciali & euidenti causa, cum

totius

totius conuētus notitia, clauem habeat. ¶ **F**eminas autem quocunq; tēpore, vel quacunq; de causa, ingredi non permittat. Pro quo diligenter attendendum, quod omnibus personis domorū nostrarū firmiter inhibetur, ne intra domorum nostrarū septa, fossis vel signis quibuscunq; designata, mulieres cuiuscunq; cōditionis vel etatis ingredi permittant: sed potius, quantum poterunt se opponant & defendant quantum in eis est, ne intrent. **Q**ui vero cōtra hęc, mulieres ingredi permiserint: si priores fuerint, sint extra sedes suas, hoc est in loco professionis suę per dies quadraginta, & tres abstinentias faciant in pane & aqua. **A**lii vero de ordine per dies quadraginta sint nouiti, & officia (si quę habēt) amittant, & tres faciant abstinentias in pane & aqua: capitulo predictas penitētiās nihilominus aucturo. **P**rior tamē potest tales in eisdem officijs vel alijs reuocare, si vtilitati domus viderit expedire, & aliud non obsistat. ¶ **I**n nouis vero domibus, vbi conuenienter omnino excludi non possunt: nullo modo ad officinas monasterij admittātur, & visitatores cōmittant, vt secundum facultates domorum, quamprimum penitus excludantur. ¶ **F**undatrix tamen integre domus, vel domina patrię, cū suo comitatu, intromitti potest: ad dormitoriū tamē & cellas fratrum (si fieri potest) non admittatur. **P**ossunt tamē femine per segregatū introitū, in posteriōrē partē ecclesie, extra cācellos intrare, & isthic cū viris sęcularib⁹ diuina audire. ¶ **Q**uādo etiā ecclesie nostre primo dedicantur: licet feminis ecclesias nostras ingredi, intra cācellos & monasteriū, sed nō dormitoriū. **N**ec sinantur tunc vel quocunq; tēpore, in domibus nouis vllō modo intra septa comedere vel dormire, seu longā morā facere. **E**t clara die ingrediātur, & egrediantur. ¶ **A**d officiū quoq; portarij pertinet mendicantibus eleemosinas erogare. **A**d quas erogandas reliquias, tā de panib⁹ quā de alijs cibarijs afferre debet, & eas penes se reponere. ¶ **M**endicos sęculi & vagos nō facile intromittat: nec ad hospitandū sine euidenti necessitate, introducat.

¶ **De hospitario. Cap. tertiumdecimum.**

G 4 Hospita-

A **H**ospitarius eligitur vnus de cōuersis, vel alius fidelis moribus & disciplina quantum fieri potest eruditus. Qui superuenientes hospites deuote suscipiens, & omnibus honorem congruum impendens, maxime religiosus & deuotus: sciat singulis prout religio exigit morem gerere & deferre obsequium. ¶ Ipse etiam hortatur aduenientes hospites vt eant ad orationē. ¶ Si priorem aut aliquem ex fratribus petant: non ducit eos ad dormitorium vel conuentum, vel alio vbi fratres sunt congregati: sed nunciat priori: vt ipse vel alius cui loqui cupiunt, ad eos egrediatur. ¶ Caueantur autem colloquia, vel interrogationes cum hospitibus, de rumoribus vel negotijs seculi: sed magis exhortentur ad emēdationem vite & contemptum mundi. ¶ Debet etiam hospitarius hospitem pedes lauare, vel vt lauentur curare si opus fuerit: aut saltem aquam calidam eis apponere, vt ipsi se lauent, si se lauari nō permittūt. ¶ Pro dormitione hospitū culcitre & lecti habeantur, secundum dispositionē priorum, & exigentiam personarum. ¶ Feminis quę ad hospitium suscipiēde sunt, siue de religione, siue de seculo fuerint: prior in villa hospitium providere debet, & ibi quod opus est ministrare. ¶ Quibus tamen extra fores monasterij cibus & potus dari potest, cum morature nō sunt. ¶ Prior nō facile concedat alicui fratrum facultatē loquēdi mulieribus absq; teste: excepto procuratore. ¶ Caueat etiā quicumq; prior vel frater loqui cū femina, nisi in loco aperto vbi ab alijs possit videri: excepta matre vel sorore. ¶ Prohibetur quoq; priorib⁹ & personis domorum capituli nostri, etiam laicis: ne vllō modo prandere vel cenare presument in hospitali feminarū. ¶ Fratres etiam loquantur feminis per cancellos: nisi presidens (cum vtile aut oportunum fuerit) in hoc dispēsauerit. ¶ Visitatores diligētē restringant recreationes & potationes, quę in hospitali feminarum aut in diebus minutionis, etiam extra septa monasterij contingere dicuntur.

Confirmatum
anno. 15 14.

Confirmatum
anno. 15 21.

¶ Capita

¶ Capita tertie partis.

A

De susceptione & institutione nouitiorum. Cap. 1.

De professione & ordine professorum. Cap. 2.

Qualiter habere se debēt fratres in horis regularibus. Cap. 3.

Qualiter se habere debent in missa conuentuali. Cap. 4.

De capitulo culparum. Cap. 5.

De grauibus grauioribus & grauisimis culpis. Cap. 6.

De silentio & labore. Cap. 7.

De refectione. Cap. 8.

De ieiunijs. Cap. 9.

De collatione. Cap. 10.

De dormitorio. Cap. 11.

De communione. Cap. 12.

De iter facturis. Cap. 13.

De tonsura. Cap. 14.

De diminutione. Cap. 15.

De restrictione priuilegiorum. Cap. 16.

Constitutio vrbani quinti, Ne in vinea. Cap. 17.

De commissarijs sanctimonialium. Cap. 18.

De rectoribus sanctimonialium & focis eorum. Cap. 19.

De pastoribus & curatis. Cap. 20.

B

C

¶ De susceptione & institutione nouitiorum. Cap. 1.



N suscipiendis nouitis cautionem & diligētiam maximam adhibendam esse censemus ? eo quod sepe improbi & correptionis impatiētes suscepti, probisq; admixti, graues molestias religioni inferre soleāt : & boni post susceptionē, sine eruditione derelicti, graue detrimentum in negligentia religionis sustinere.

¶ Pro susceptione igitur quorumlibet aduenientium, & habitum religionis concedi sibi postulantium, hanc primam discretionem ac sollicitudinem esse tenendam decernimus ? vt neq; pro dignitate generis, neq; pro multitudine diuitiarum,

- A** siue qualibet alia re, ad pompam vel ad auaritiam huius sæculi pertinente, aliqui suscipiantur: quorum consortiū, vel pro prauitate morum suorum, vel aliorū qui ad societatem eorum aut cognationem pertinuerint vexatione & importunitate, cæteris in religione constitutis, nociuum & perniciosum, aut ignominiosum fore sciatur. ¶ In his vero qui suscipiendi fuerint: primum bonos mores, precipue vt mansueti ac tractabiles sint, correctionisq; sue non impatientes, considerandos esse moneamus. ¶ Ignotos autem probabile testimonium non adferentes: ante probationem dimidiū anni non recipimus, nisi conuentus vnanimiter vel saltem tres partes conuentus magis accelerandū iudicauerint. ¶ In quo tempore probandi sunt, vtrum in proposito sint constantes, ac pompis sæculi perfecte renuncient per abiectionem vestium sæcularium, per exercitium laboris & humiliationis, per promptam obediētiam ad queq; iniuncta & aspera, per mortificationem voluntatis & sensus proprii: per obseruationem silentij & quietis, per sedulitatem in lectiōibus sacris & orationibus: per gratam susceptionem increpationum & correctionum, per alacritatem in vigilijs & abstinentijs, per promptitudinem ad confessionem peccatorum, & reuelationem tentationum, & quelibet alia similia: in quibus probari possint, an veraciter mūdo & sibiipsis mori, & deo in profectu sanctę religionis viuere velint. ¶ Pueros siue adulescentes qui decimum octauum annum nondum attigerint: ad nouitiatum non recipimus. Nec etiam aliquem fratrem clericum vel conuersum, de aliqua domo ordinis nostri vel alterius, ad probationem seu professionem, aliqua domus admittere presumat, absq; autoritate capituli generalis. ¶ Duo etiam fratres germani, aut due sorores non recipiantur ad ordinem in vna domo, neq; pater cum filio, aut mater cum filia: nisi de consensu eque capituli nostri generalis, & cum tres partes conuentus recipientis id desiderauerint. Et si tales recepti fuerint: posterior quidem potest manere in capitulo culparum, sed vocem capituli

*Vide l. Just. li. de obitu
c. 20. et seq.*

capitularem non habebit, nec ad colloquia conuentualia vocabitur, nisi a capitulo generali illi concedatur. ¶ **Sacerdotes** quoq; seculares aut aliqui de illegitimo thoro nati non recipiuntur: nisi auctoritate capitulo generalis, dum due partes conuentus id desiderauerint. ¶ **A** nouitijs nec vestis nec aliud aliquid exigatur: ne exigens (quod absit) illius extrauagantis domini **Vrbani**, quę incipit **Ne in vinea**, penam incurrat. **Prioratū** quoq; prior & procuraturā procurator amittat: si eis scientibus exactio iam venerit ad effectum. ¶ **Cum** igitur de aliquo nobis placuerit, vt ad susceptionem habitus nostri recipiatur: obseruatio regule & constitutionum nostrarum illi proponenda est, vt sciat quibus institutis & preceptis se subdere debeat. **Qui** si a proposito suo nullo timore austeritatis auerti potuerit, examinandus est si legere & cantare nouerit: propter quod ad chori frequentationem, die noctuq; admittendus est. ¶ **Deinde** cum priori visum fuerit per aliquem de fratribus, ad instādum pro susceptione habitus admonetur. **Qui** die statuto in capitulum veniens: ad pedes prioris se prosternet. **Priore** autem interrogante, quę est petitio tua: ita iacens respondeat. **Peto** dei misericordiam & vestram confraternitatem. **Deinde** ad iusionem prioris stans in genibus queratur ab eo coram omnibus: an ab aliquo ordine exierit, an liber sit, an alicui mulieri sponderit fidem, an voto aliquo obligatus, an absq; occulto & incurabili sit morbo, an de querelis & debitis satisfecerit, an legitimus sit, an possit ad sacros ordines promoueri. **Quo** ad singula respondente: primo omnium prior difficultatem ordinis, ac quas molestias & tentationes in conuersatione regulari, in prohibendis proprijs voluntatibus, & obedientia sectanda, sustinere necesse sit studeat demonstrare: predicens etiam quanta districtione, omnis obseruatio regule ab eis exigatur qui eā professi fuerint, & quā seuerē negligentēs & rebelles iudicētur, & cetera quę in ordine duriora & asperiora fuerint exponens: interroget, an ad hęc omnia pro salute sua paratus sit, vt coram omnibus

A
Confirmatum
anno. 1522. &
rursus. 1551.

B

C

volunta-

A voluntatem suam aperiat. **T**unc si interritus & constans persistens, responderit se de sola dei pietate, fratrumq; orationibus confisum, ea prout diuina clementia concesserit impleturum; dicat prior. **D**ominus det tibi hæc omnia adimplere; vt ad vitam eternam possis peruenire. **D**einde ad prioris pedes vel superioris, si prior absens fuerit, & huiusmodi receptionem illi commiserit, genua flectens, iunctas manus inferat intra manus prioris, & prior ei dicat. **E**x parte dei & nostra recipimus te; & concedimus tibi nostram fraternitatem. **E**t proponat eidem; quod ante professionem potest liberè exire. **E**t sicut in eius optione est exire; ita est & in nostra eum expellere, si nobis (quod absit) eius conuersatio non placuerit. **A**c deinde diem quo inuestiendus sit, prior ei constituet; ad quem si non venerit, nos ei obstricti non erimus. ¶ **A**pproquinante igitur die per aliquem de fratribus admoneatur, vt priori de vita sua preterita, confessionem (si nõ fecit) faciat; & ad inuestitionem & sacrã communionem se disponat. ¶ **I**n ipso vero die finita hora quę precedit missam maiorem, fratres ad sacrarium conueniunt; ibiq; vestibus suis exiunt, & habitu sancte religionis induitur. **D**einde postquam cum ministris prior ad altare accesserit, adducitur, & ad gradum altaris prosternitur; cãtatoq; hymno Veni creator, cum versiculo Emitte, & collecta Deus qui corda. & **D**a nobis quesum, a priore & singulis fratribus in osculo pacis suscipitur. ¶ **I**nduitur autem nouitius subtili sine manicis, per omne tempus sui nouitatus, propter distinctionem ab habitu professorum; & nouissimum locum tenet. **N**ec utitur almutio, sed aperto capite, etiã si sacris initiatus fuerit quod tamẽ deponere debet, cum ad altare ministrat, vel cereos in officio ceroferrarij gestat. ¶ **O**fficium cãtandi versiculos in suo choro solus exequitur; sed si plures fuerint, alternant vices, nisi forte priori de aliquo aliter visum fuerit. ¶ **N**ouitius postquam vestitus fuerit, tradat res suas priori ex integro; & nõ ipse sed prior vel cui ipse iniunxerit custodiat. **D**e quibus quandoquę & quomodoquę nouitius ante professionem disponere voluerit; iuxta

volunta-



q̄ dicto venit ad
p̄re. tūq; ei dir
erit Expte dei
regredit ad mat
ta et sic sequitur
inuestitio

B

C



voluntatem ipsius fiat. **I**n domo tamen propria, nihil disponat: nisi sciente & concedente priore. ¶ **C**ommendetur autem nouitius vni e fratribus boni testimonij: qui diligenter instruat eum, de inclinationibus, de incessu, statu, & in omni gestu suo, quomodo debeat oculos demissos habere, submisse & non festinanter loqui: & in omnibus moribus signum humilitatis ostendere. **D**oceat quoque eum legere & cantare alta & demissa voce, prout tēpora deposcunt: & ea que publice acturus fuerit, coram magistro suo priuatim (si indiget) perdiscat. ¶ **D**oceat etiam eum quomodo ad priorem & ceteros fratres loqui, & reuerentiam maxime priori exhibere debeat. **P**recipue autem admonebit eum frequenter, vt mores & consuetudines seculares student mutare in melius, atque mala que gessit, confitendo, & lacrimis puniendo, vicia etiam & carnales concupiscentias reprimendo, propriam quoque voluntatem & consilium, propter bonum obedientie mortificando, & humilia queque & viliora, & quoscunque labores libenter amplectendo, exuat veterem hominem cum actibus suis: & deinde virtutes sectando, efficiatur nouus homo in christo. ¶ **Q**uod vt perfectius consequi valeat: tanquam mortuus mūdo & sibi ipsi, nullis forensibus rebus seu negotijs domus, priuatim aut publice, se aliquo modo immisceat, soli deo viuere querens, celle & quietis sue studiosus obseruator, ocio torpere refugiat: lectionibus sacris & orationi, & compunctioni cordis, & meditationibus, vel etiam labori manuum in cellula seu foris, prout illi iniunctum fuerit, secundum communis institutionis normam insistendo, seu in discendo ea que ad nostram communem institutionem, & ad veram religionem pertinent: animū suum ad spirituale profectum cum magistri sui cōsilio & eruditione componat. ¶ **E**t vt sibi salubrius consulere valeat: tentationes quasque, & secreta cordis sui, & omnem conuersationem suam, sepius magistro suo manifestare debet: nec quicquam habeat, quod illi vel priori domus occultum esse velit. ¶ **N**ec debet colloquijs aliorū aut operibus se vltro

A

B

C

A se vltro ingerere: sed omnibus honorem deferendo, vix audeat aliquid coram alijs proferre, & ad interrogata, cum verecundia & timore, humiliter & paucis discat verbis respondere. ¶ Ad communes vero conuentus, vbi ipsum oportet præsentem existere, maxime in diuino officio, diu noctuq; tota alacritate & feruore spiritus, assuescat deuotus & tempestiue accurrere. ¶ Debet etiam magister quotidianam cōuersationem eius, & si quid minus vel amplius quàm oportet egerit, frequenter considerare: vt eum secrete corripiat & instruat vt oportet. ¶ Quando in aliquo offenderit, pro quo in capitulo accusandus esset, corripiat eum magister suus: & sicut in capitulo moris est, coram se flexis genibus, vel prostrato humi corpore, veniam petere faciat. ¶ Aliquando etiam coram singulis fratribus, & maxime coram senioribus, veniam & suffragium orationis, pro sua emendatione & stabilitate, petere faciat. Sed & si plures fuerint, quandoq; cum eis capitulū teneat, instruens illos vt de offensis suis inuicē se accusent, & accusati veniam petant: vt & ordinem tenere, & negligentias assuescant precauere. ¶ Quòd si nouitius sacerdos vel diaconus vel subdiaconus fuerit: nequaquàm ad ministeriū altaris admittitur, donec prior iusserit, & nisi prius iuxta modū & consuetudinem nostrā diligenter instructus fuerit. ¶ Nullius etiam nouitij professio, ante expletionē vnius anni recipienda est: absq; autoritate capituli generalis, vel prioris superioris. Interim vero nullæ obedientia committēda est: nec absq; magna & euidenti causa, extra monasterium mittatur. ¶ Nec prior facile cōcedat, vt cum extraneis loquatur: nisi seipso præsentem, vel alio fratre probato, presertim vbi timetur periculum retractionis. ¶ Nouitij ante professionem suam non debent ad ordines aliquos neq; ad minores quidem promoueri. Tonsuram tamen clericalem (si commodum fuerit) suscipere non prohibentur. ¶ Quòd si ante professionem ex hac vita decesserint: libenter id eis conceditur, quod professis, quamuis tamen calendario sine causa speciali nō inscribantur. ¶ Receptis quoq;

+ *Additum.*

*vid. conc. Trid.
sess. 23 ca. 17.
reformat.*

quoq; etiam ante vestitionem de mortuis, hoc ipsum exhibetur:
sed psalterium ex debito non legitur. ^{si autem si qd. de arbor. ante pubertatem, ante}
^{in probatione scribit, et postea ratu}

De professione & ordine professorum. Cap. 2.

A
*fili Galie pph
ca. 1. de Kyrie
3. 6. Azor. v. 1.
L. 6. 12. ca. 2.*

Cum tempus quo nouitius benedici debeat insititerit, si re-
ceptibilis apparuerit, & in petendo misericordiam sedu-
lus fuerit: die congruenti, cum priori videbitur, ad capitulum
vocetur. In quo cum prostratus, misericordiam humiliter po-
stulauerit: facultas ei recedendi (si voluerit) libera tribuatur.

Quod si perseverauerit palians: opratus ei tribuatur assensus.

Dicaturq; ei quod ad sacram communionem se preparet: &
quod professionem suam propria manu scribat. **In ipsa mis-**

B

sa qua suscipiendus est: post offertorium ad gradum altaris ad-
ductus prosterinitur, vestesq; iuxta eum posite benedicuntur, cu
orationibus Deus qui tegmen, &c. Quibus benedictis & asper-
sis, habitu nouitiatus exiit: & vestibus benedictis rursus in-
duitur. **Deinde post orationem Deus indulgentie pater: sur-**

gens nouitius dicat ter clara voce. **Suscipe me domine secundum**
eloquium tuum & viuam: & non confundas me ab expectatio-
ne mea. Et imponente priore antiphonam **Suscepimus deus:**

C

dicuntur psalmi **Magnus dominus, Miserere, Ecce quam bo-**
num, singuli cum Gloria patri. An. Suscepimus deus misericor-
diam tuam, in medio templi tui. Kyrieleeison, &c. Saluifac ser-
uum tuum. Mitte ei domine. Nihil proficiat. Esto ei domine.
Domine ex. Dominus vobiscum. Oremus. Deus qui non, &c.

Post hæc surgens nouitius, accedat ad dexterum cornu alta-
ris: & legat sonora voce professionem suam, in hunc modum.

Ego frater N. promitto deo auxiliante perpetuam continen-
tiam, carentiam proprii, & obedientiam, tibi pater prior, & suc-
cessoribus tuis canonice instituentis, secundum regulam beati
Augustini, & secundum constitutiones capituli nostri genera-
lis.

Qua lecta: offerat eam ambabus manibus super altare,
eoq; deosculato, ad gradum altaris reuertitur & prosterinitur.

Deinde dicat prior ter. Confirma deus hoc quod operatus es
in nobis:

ambros

A in nobis : conuentu respondente, a templo sancto tuo quod est in Hierusalem. Oremus. Deus qui, &c. ¶ Post hæc iterum surgens a priore & a singulis in choro existentibus, in osculo pacis suscipitur : & sic ad conuentum reuertitur. ¶ Ex hoc tempore qui susceptus est, ita se ab omnibus quæ mundi sunt intelligat alienum : vt nullius prorsus rei, nec sui quidem ipsius, sine prioris autoritate, habeat potestatem. ¶ Ordinem autem illum in conuentu cuncti tenemus vbiq;, quem suus singulis dedit aduentus : nisi prior forte aliquem ad tempus ex causa supposuerit, vel nisi quis in ordine antiquiorem propter sacros ordines precesserit. ¶ Quando duo nouitij suscipiuntur : qui posterior venit, si prior professionem fecerit, primus deinceps remaneat. ¶ Hi vero qui non possunt ad sacros ordines promoueri : nouissimi post alios locum suum habebunt. Quorum tamen plures quàm duo, sine consensu capituli generalis non admittantur.

¶ Qualiter fratres habere se debent in horis regularibus. Ca. 3.

Regularibus horis omnes pariter fratres clerici interesse debent, exceptis his qui de consensu prioris, propter infirmitatem aliquam vel debilitatem interesse nequeunt. ¶ Qui etiã operibus præfunt, vel officijs deputati sunt, sicut alij ad horas veniant : nec nisi concedente priore absentare se præsumant. ¶ Quod si aliqui facultatem absentandi se petere nequiuerint : hoc ipsum in capitulo, veniam petentes indicare debent. ¶ Procurator tamen, quia plus cæteris occupatur : pro necessitate sua remanere potest. ¶ Quando pulsatur signum quo ad ecclesiam est eundum : ad eam fratres vbiq; fuerint, debent prætermisissis alijs properare. ¶ Ab eo autem tempore quo regulares horæ inchoantur, vsq; dum totum quod cantandum vel legendum fuerit finiatur : nullus chorum (nisi prius accepta venia) exeat, & expedito propter quod exiit, statim reuertatur. ¶ Infra cantica euangelica & Te deum, & in officio missæ infra collectam, epistolam, euangelium, Sanctus, & Agnus dei : nisi necessitate cogente,

A cogēte, precipue chorū exire vitamus. ¶ Nocte igitur cū signū datur, singuli fratres alacriter surgētes, se vestiant, & in cellis suis quiete commanentes (nisi necessitas exire coegerit) deuotis orationibus seu sanctis meditationibus, animum suum sacris vigilijs preparantes, cordis intentionem conuertunt ad dominum: donec ad oratorium deuote procedant. ¶ Inrantes chorum, capita detegimus: & ad gradum sanctuarij profunde inclinantes, vsq; ad sedes nostras detectis capitibus incedimus. Ingressi autē stamus in sedibus nostris facie versa ad altare: donec signo facto, ad genua vel super pulpitem prout tempus postulat, ad orationem inclinemur vel prosternamur. ¶ Quamdiu autem vsq; ad genua inclinamur, vel in pulpitis prosternimur: ab omni strepitu, sicut in canone misse (quantū possumus) abstinemus, & per chorum transire cauemus. Et si forte intrando vel exeundo chorum, contigerit dici Gloria patri, vel gloria hymni, vel collecta: vbicunq; sumus, statim inclinamus. Celebrantes tamē per chorum euntes & redeuntes, tempore diuini officij, non seruant inclinationes cum choro. ¶ Fratres autem chorum intrare possunt, quando conuētus inclinatur: dummodo in vltimis sedibus remaneant. ¶ Qui tardius veniens, si ad matutinas postquam inuitatorium inchoatū fuerit, vel infra primas beate virginis Marie, seu etiam ad minores horas infra hymnum intrauerit: ad sedem suam pergēs, curuatis parumper genibus, osculando pulpitem, veniam accipit. Si vero incepto hymno ad nocturnum, vel etiam ad omnes alias horas, primo psalmo inchoato venerit: non nisi accepta facultate ingredi debet, & nihilominus in pulpito veniam accipit. ¶ Et quamuis insuper secundum regulam, tales mores vbicunq; seruare debemus, vt nihil fiat in omnibus motibus nostris quod cuiusquam offēdat aspectū: hoc tamen in templo dei, vbi diuina celebrantur mysteria, studiosius obseruandum est. Itaq; oculos nostros ita tenere & custodire nos conuenit, maxime in choro & refectorio, ne nobis distractionis materiam adferant vel murmuris. ¶ Manus nostras

H vbicunq;

*Reg. ad Aug. 15.
m. 27*

C

A vbicunq; sine cuculla sumus, iunctas habere congruit: nisi cum tenendum nobis aliquid est, vel agendum. ¶ Cum cucullis induti inclinamus vel sedemus: oras hinc inde ante genua nostra complicamus, nisi teneamus aliquid vel agamus. ¶ Tibias nimis extendere, diuaticare, aut cancellare cauendum est. Sed & cætera membra decet nos ab inquietudine & superfluis occupationibus refrenare: ne vel nos vel alios, ab intentione psalmorum, & aliorum quæ in officio diuino recitantur, distrahant vel auertant. ¶ Insuper & folia vertere, vel alia sine necessitate peruidere cauendum est: presertim cum orationem dominicam silenter dicimus, vel quando lectio, vel collecta, vel aliud quid recitatur, quod ab vno vel duobus singulariter cõtatur. Propter quod etiam cantores & hebdomadarij ante diuinum officium (quantum commode possunt) de cantandis aut legendis, prouisi esse debent: ne tunc necesse habeãt circa prouisionem talium occupari, cum seipso & alios per inquietudinem, ab interiori intẽtione abstrahere possint. ¶ Quando soli erramus in conuentu: manu pauimentum tangentes, veniam accipimus. Quando alios errare facimus: culpam nostram in capitulo recognoscimus. ¶ Cum liber vel sedes, vel aliud nobis cum strepitu cadit: supra pulpitum veniam accipimus. ¶ Quando inclinandum est, si non inclinamus nisi ab astante commoniti, aut aliud quod facere debemus non facimus: manu pauimentum tangendo, veniã accipimus. ¶ Qui aliquid singulariter cantant vel legunt, & errauerint: nõ statim, sed cum totum quod cantant finierint, manu ad pauimentum veniam accipiant. ¶ Organa nemo assumere p̄sumat. Si prior aut procurator contrarium fecerit: sit casus absolutionis. Si vero conuentus culpabilis repertus fuerit: puniatur secundum arbitrium capituli generalis. Qui vero habent organa de beneplacito capituli: habeant sæculares qui in ipsis organis ludant, & nequaquam fratres professos aut profefuros. Credo etiam, prefatio, oratio dominica, & magnificat ex integro semper cantẽtur. ¶ Igitur ad matutinas finita oratione
cum pri-

Confirmatum

anno. 1540.

& rursus. 1552

A
cum prior signum dederit, vniuersi erecti ad altare cōuertimur :
dictoq; a sacerdote **Domine** labia, cum inceperit Deus in adiu-
torium, signamus nos signo crucis. **Deinde** ad Gloria patri in-
clinantes, conuertimur ad chorum. **Et** sicut ante matutinas, sic
etiam ad alias horas orationem facimus : & post datum a priore
signum, ad altare cōuerſi, ad Deus in adiutorium nos signamus.

¶ Ferialibus diebus & in festis nouem lectionum in choro heb-
domadarij, vnus cantat Venite, versiculos, versus & responsoria
ad horas. **In** duplicibus vero & supra, semper duo. **¶** In omni-
bus horis regularibus infra psalmos, chori alternatim sedent.

Cum autem ad Gloria patri ventum fuerit : surgunt qui sede-
rant, & cum cæteris inclinant. **Postea** cum inceptioe psalmi se-
quentis, sedent qui prius steterant. **Ad** Laudate dominum de ce-
lestibus, & ad Ecce nunc be. omnes communiter stamus. **¶** Psalmi

autem distincte & tractim cantentur : ita vt in medio cuiuslibet
versus perfecta fiat pausa, & plena respiratio, non protrahendo
vocem in pausa, neq; in fine versus, sed breuiter & succinctim
terminetur. **In** psalmis vero qui leguntur : in medio versus mo-

diica pausa fiat. **¶** Fratres qui in matutinis lectiones legere, vel
in medio chori aliquid cantare debet : si de inferioribus fuerint,
ante & post ad gradum sanctuarij, si de superioribus, in medio
chori inclinant. **Qui** simul aliquid cantaturi sunt : simul ad gra-

dum sanctuarij inclinant. **¶** Cum ad lectiones ventum fuerit :
versicularius in primo secundo tertio nocturnis, ad lectiones lu-
cernam accendit. **¶** Iuniores lectiones legunt, secundum ordi-

nam ascendendo, ita tamen quod diaconus vel presbyter homi-
liam legat. **¶** Hebdomadarius lectionem non legit : nisi pauci-
tas fratrum exigat. **¶** In maioribus duplicibus festis & supra,
seniores lectiones legunt : ita vt vltima pertingat ad priorem.

¶ Prime quarte & septime lectionis lectores, ante orationē do-
minicā ad pulpitum vadunt, nec tamē post datam benedictionē
lectionem incipiūt, donec tumultus residentium conquiescat.

- A** ¶ Petens benedictionem, lucernam in manibus non tenet, nec folia reuoluit: sed reuerenter ad benedictionem inclinatur. Hebdomadarius vero ad dandā benedictionē secundę, tercię, quintę, sextę, octauę & nonę lectionum non assurgit: nisi euangelium pronuncian- dum fuerit, vel nisi prior benedictionem petierit.
- ¶ Qui legunt: uiua uoce aperte & distincte legant ad intelligē- dum, & attente & sine strepitu audiantur. ¶ Ferialibus diebus quādo de feria cantatur, lectore benedictionem petente, omnes cum hebdomadario surgimus: sed in matutinis trium dierum ante pascha, ad signum prioris. ¶ Ad lectiones & responsoria, omnes sedemus. ¶ In festis nouem lectionum & supra, pulsus fit ad Te deum, usq; patrem immense ma. Vel temporibus qui- bus Te deum nō dicitur: cum nonum responsorium repetitur, ad quod etiam stamus. ¶ Infra Te deum, Magnificat, Benedi- ctus, & Nunc dimittis in horis canonicis, detecto capite, & sine re- clinatione stamus. Ad uirginis uerum, ad Precioso sanguine, ad gloriosa quoq; nomina Iesus & Maria, ubi- cunq; in conuen- tu pronunciantur: caput reuerenter inclinamus. Et si in cantu
- B** plures notas habuerint: tunc in coniunctione uultimarū sillaba- rum tantum inclinamus. ¶ In cantico Te deum, ad uersum Te ergo quesumus in genua procumbimus. ¶ Vbi non cantantur matutine, saltem Te deum & laudes cantentur, in festis nouem lectionum & supra, & in commemoratione beate Marie. ¶ Ad uersiculum ante laudes, uertimur ad altare usq; Gloria patri. Ad penultimum uersum de cantico Benedicite, & ad uultimos uer- sus hymnorum, & ad Gloria patri usq; ad genua inclinamus. Ad collectas quoq; in omnibus horis, quando tempus prostrationis non est, similiter inclinamus. Si uero tempus prostrationis fuerit: statim ad Kyrieel. genua flectimus usq; Per omnia secula, post primam collectam. Hebdomadarius uero, ante Dominus uobiscum surgens: collectam stans dicit. Ad alias autem colle- ctas, si quę sequuntur: usq; ad genua inclinamus. ¶ Cursum beate Marie in choro semper dicimus: exceptis duplicibus & supra:

*Approbatum
sed non confir-
matum.*

*Confirmatum
anno. 1520.*

C

supra, & octauis solēnibus, & in domibus in quibus omnes ho-
rę cantantur, etiam excepto tempore quadragesimali, a domini-
ca prima vsq; ad pascha. Quando vero horę canonice de beata
virgine seruantur: tunc cursum eius omnino non dicimus, sed
pro primis vesp̄eris & cōpletorio, vltimos quinq; psalmos gra-
duum, & diebus sequentibus omnes quindecim cum precibus
& orationibus suis. ¶ Ad psalmos in matutinis & vesp̄eris de
cursu beate Marie & in vigilijs defunctorum: vniuersi sedemus.
In cursu tamē beate virginis, ad Gloria patri sedentes caput mo-
dice inclinamus. ¶ Cursum autem beate Marie, post horas ca-
nonicas semper dicimus, exceptis primis, & hora illa quę imme-
diate missam conuentualem sequitur. ¶ Exeuntes e matutinis
non reuersuri: paucis verbis id sibi concedi petant. ¶ Finitis
matutinis, statim post signum, cuncti dormitorium, secundum
ordinem, iunioribus precedentibus, intramus. ¶ Ad orationē
dominicam, ad Credo, & ad Confiteor, in primis & completo-
rio, quando tempus prostrationis non est vbicunq; in conuen-
tu dicuntur, caput ad genua vsq; demittimus. Confiteor autem
in primis & ante completorium, semper nudato capite dicimus.
¶ Finita prima collecta de primis, factōq; signo, procedimus ad
domum capitularem: ibiq; sedente conuentu, pronunciat, lu-
na & lectio martyrologij. Deinde hebdomadarius prosequitur
Preciosa, cum cæteris. Post collectam Dirigere, legitur lectio ex
commento regule, ad quam conuentus sedet: sed in festis no-
uem lectionum, particula legitur ex euangelio, stante conuentu.
Deinde recitantur anniuersaria, vel obitus si qui denunciandi
fuerint: & fit commemoratio defunctorum, cum psalmo De
profundis, cum versiculo & collecta. ¶ Dictōq; a presidente
Benedicite, & responso Dominus: si quid pro emendatione, vel
communi vtilitate dicendum fuerit, paucis dicere potest. Dein-
de seruato capitulo (si talis dies fuerit) sequitur psalmus Lauda-
te dominū omnes gentes, & subiungit hebdomadarius versi. &
collecta. In fine dicit prior Adiutorium nostrum in nomine do-

A

B

C

A mini: & sic soluitur capitulum. ¶ Deinde (si ieiunium fuerit) sine medio cantantur tercię, & ante missam conuentualem sextę & post missam nonę. Si vero ieiunium non fuerit: ante missam cantantur tercię, & post missam sextę, ac post refectionem nonę. ¶ Ad vespervas in psalmis & collectis & in cæteris, omnimodis faciendum est: vt in matutinis supradictum est. ¶ In maioribus duplicibus festis & supra, cancelli chori ad vtrasq; vespervas & matutinas aperiuntur. Duo cantant versum in vespervis in medio chori: & fit thurificatio per priorem. Deinde custos sacrarij si sacerdos fuerit, aut alius sacerdos a priore deputatus, accepto a priore thuribulo, ipsum thurificans, solus ad inferiora altaria ecclesie thurificanda descendit. ¶ In duplicibus, in choro hebdomadarij duo cantant versum: in simplicibus autem & infra, tantum vnus. ¶ Ad completorium quando cenamus, premittitur lectio Fratres sobrii. Qua finita: prior dicit Ad iutorium: ac deinde inclinantes, vel prostrati, secundum tempus orationem facimus, deinde Confiteor, vt supra. Quo finito: hebdomadarius completorium incipit. ¶ Quando vero non cenamus, statim pulsus intermisso, & oratione dominica dicta: sequitur Confiteor, vt supra. ¶ Completorio finito: datur benedictio, ad quam semper genua flectimus, tempore tamen paschali inclinamus. Deinde benedictione data statim antiphona de beata virgine cantatur: qua terminata cum versiculo & collecta, ad laudem & gloriam eiusdem virginis, trina pulsatio parua fiat, & a singulis ter Aue maria dicitur. Post hæc, facto signo post orationem dominicam: cuncti dormitorium, precedentibus iuuioribus intramus.

¶ Qualiter fratres habere se debent in missa conuentuali, & de missis priuatis. Cap. quartum.

Missam conuentualem cantaturus, cum ministris, tempestiue se preparat: ne chorum expectare contingat. ¶ In festis nonę

festis nouem lectionum, & intra octauas pasche & penthecostes
& in commemoratione beate Marie (ubi plenus conuentus fue-
rit, id est, prior cum duodecim fratribus professis) duo cum dal-
maticis ministrant : & in tribus principalioribus commemora-
tionibus defunctorum, & in præsentia funeris, duo sine dalma-
ticis. Alijs vero diebus, vnus sine dalmatica ministrat. **Sed quan-**
do Te deum dicitur, vnus cum dalmatica. ¶ In maioribus du-
plicibus & supra, etiam duo acolyti cū ministris seruiūt. ¶ Itaq;
dum Introitus cantatur : stamus versi ad inuicem, chorus con-
tra chorum, sed ad Salue sancta parens, genua flectimus vsq; E-
nixa. Cū vero gloria in excelsis a sacerdote canitur, ad altare cō-
uertimur : & cantore incipiente Et in terra, iterum vertimur ad
chorū. ¶ Ad Adoramus, & ad Suscipe : vsq; ad genua inclina-
mus. ¶ Ad Dominus vobiscum semper vertimur ad altare. Ad
primam collectam, vsq; ad genua inclinamus, vel prosternimur
secundum tempus. Ad alias quæ sequuntur collectas, conuerti-
mur ad altare. ¶ In missis de vigilijs, exceptis vigilijs natiuita-
tis domini, epiphanie, pasche, ascensionis & penthecostes, & nisi
missa de vigilia in dominica cantetur : semper ad primam col-
lectam genua flectimus, etiam si de feria non cantatur. ¶ In
missis quoq; quatuor temporum, ad omnes collectas de tempo-
re genua flectimus : præterquàm intra octauas penthecostes, &
ad collectam Deus qui tribus pueris. ¶ Cum legitur epistola,
cum cantatur graduale, alleluya & tractus sedemus : ad sequen-
tiam vero stamus. ¶ In maioribus duplicibus & supra, duo in
medio chori cantant alleluya, & totus chorus repetit alleluya cū
iubilo : ac deinde ipsi duo versum prosequuntur. ¶ Si vero in
dictis festis duo alleluya cantanda fuerint : vltimum in medio
chori canitur. ¶ In duplicibus autem festis & supra, fit thuri-
ficatio ad euangelium : infra quod versi ad diaconum, detecto
capite stamus, & ad Sequentia sancti euangelij signātes nos vni-
co signo crucis, cum dicitur Gloria tibi domine, profunde ad al-
tare inclinamus. ¶ Finito euangelio, & dicto Dominus vobis-

A cum, dum incipitur offertorium, vel si credo dicitur, dum incipitur Patrem omnipotentem: conuertimur ad chorū. ¶ Infra Credo sine reclamatione stamus. Dum cantatur Et incarnatus est, genua flectimus vsq; Et resurrexit. ¶ Finito offertorio, ad altare conuertimur, vsq; ad finem prefationis. ¶ Dum Sanctus canitur, conuersi ad chorum, sine reclamatione stamus. ¶ Post Sanctus prosternimur, donec sacerdos cantet secūdo Per omnia sæcula. Quo etiam tempore ampliori studio, quieti intendendum est. Vbi precipue monemur, magna cordis intentione, redemptoris nostri beneficia recolere: quibus ad amorem eius, corda nostra vehementius accendere valeamus. ¶ Ad eleuationem corporis Christi, erecti in genua, omni reuerentia adoramus. Qua facta: iterum prosternimur. Ad eleuationem calicis, iterum erecti similiter adoramus. ¶ Cum autem sacerdoti Amen, vel Sed libera nos respondendum est: extra sedes in genua erecti, & ad altare conuersi, omnes pariter respondemus. ¶ Cū secundo Per omnia sæcula canitur: cuncti surgimus, & ad altare conuersi respondemus. Ad Agnus dei, conuersi ad chorum, sine reclamatione stamus. Quo finito: vertimur ad altare, vsq; ad communionem. ¶ Post communionem, iterum vertimur ad altare vsq; ad complendam: ad quam inclinamus vel prosternimur, secundum tempus, vt supra dictum est de collectis. Ad reliquas vero complendas (si quæ sequuntur) conuertimur ad altare, vsq; benedictionem. ¶ In quadragesima tamen ad ultimam collectam, dum dicitur Humiliate cap. inclinatur chorum contra chorum. Qua finita: iterum ad altare conuertimur, vsq; ad benedictionem, ad quam versi ad chorum, vsq; ad genua inclinamus. ¶ Sub missa nemo studeat, aut libellum ad studendum in manibus habeat. ¶ Misse priuate post primas vel tercias pro tempore fiant: alias vero non sine consensu prioris. Prior tamē & procurator, propter occupationes quibus detinentur: infra summā missam, vel quādo conuenit, celebrare possunt. ¶ Quādo autem duę missę cantande sunt: prior de tēpore, post primas vel ter-

Additum.

Nig. ad 22.

inob. ma

¶ II

vel tercias, posterior de sancto, suo tempore cantari debet.

De capitulo culparum. Cap. quintum.

Capitulum culparum semel in hebdomada teneatur, sexta videlicet feria post primas: nisi propter festum maius duplex & supra, & quando due misse cantande sunt, vel ex alia euidenti causa preueniatur, vel vsq; in sequentem diem differatur. **¶** Postquam igitur prior Benedicite dixerit, fratribus confidentibus, dicere poterit breuiter, si quid pro obseruantia ordinis, & correctione fratrum viderit expedire. **¶** Deinde antequam exeant nouitij: ipsos poterit coram omnibus pro negligentijs & culpis eorum corripere, si sibi videbitur, seu etiam castigare. Qui vt se intellexerint notari: prostrati veniam petant, & ad iussu prioris egrediantur. **¶** Egredsis nouitij: dicit qui preest. **F**aciant venias, qui se reos estimant. Continuo singillatim singuli secundum ordinem, prostrati in medio capituli veniam petant, incipientes a iunioribus. **¶** Si qui autem fuerint clerici redditi, aut alij fratres non capitulares: petita venia, ac culpis suis dictis, & accusationibus de eis factis, primi omnium de capitulo simul exeant. **¶** Qui vero prostratus veniam petierit, iubente priore surgat, erectusq; dicat culpam suam tam clare, vt ab omnibus possit audiri. **E**t cum dixerit se non habere quid amplius dicat, vel loqui cessauerit: prior dicit. **V**ult aliquis fratrem istum accusare? **Q**uod si aliquis eum accusare voluerit: non exaggeret accusationem suam, nec querat circuitus verborum, sed simpliciter proponat in huc modum. **F**rater noster fecit vel omisit hoc vel illud: & nominet culpam eius. **I**lle vero qui accusatur: si culpabilem se cognouerit, statim veniam humiliter accipiens, mea culpa dicat. **D**einde iubente priore surgat. **¶** Si autem culpabilem se non cognouerit: dicat stans. **P**ater non recordor me hoc fecisse quod frater meus dicit. **T**unc ille qui accusauit eum accusationem suam non repetat, nisi interrogatus. **Q**uod si aliquis videt fratrem suum negare quod verum est:

A rum est : bene licet ei de eo quod vidit vel audiuit , testimoni-
um perhibere. ¶ Postquam igitur frater culpas suas dicere fie-
nierit : prior pro modo culpe, & qualitate persone, moderetur
quantitatem satisfactionis & pene. ¶ Si quis autem cum ac-
cusatur vel reprehenditur , impatienter & nimis furibunde re-
spondet : secundum dispositionem presidentis , aut ad tempus
differatur, aut statim puniatur. ¶ Nullus culpam suam, vel al-
terius, præsumat in capitulo vel alibi in conuentu pertinaciter
defendere. Qui contra fecerit : ad terram comedat, vel arbi-
trio prioris pene subiaceat grauiori. ¶ Si quis in diuino offi-
cio cantare, aut opus sibi iniunctum perficere noluerit, aut in al-
liqua obseruatione notabiliter & frequenter excesserit, & in em-
endatione negligens fuerit : grauioribus verberibus, aut alio
quocunq; modo emendetur. ¶ Pro quotidianis negligentis,
psalmi aliqui, & humilia quælibet exercitia, & communes disci-
pline imponantur, seu etiam silentium singulare : maxime his
qui ad loquendum proni fuerint. ¶ Qui assueti sunt frequen-
ter frangere silentium : per abstractionem alimentorum puni-
antur, vel ad terram comedant. ¶ Et qui sepius extra cellam
ociose aut superuacaneæ circueunt : singulari custodia cellæ, &
vtili occupatione restringantur. ¶ Duri quoq; elati & peruersi
depressionibus & verberibus, a malitia sua reprimantur. ¶ Si
quis ab hora regulari, vel ab his quibus interesse debuit, de con-
sensu prioris remanserit : nihilominus quia fratres hoc igno-
rant, debet coram omnibus dicere. Pater, illi horę non interfui
sed tua venia remansi. Si quis sine prioris autoritate remanet :
debet etiam causam quare remanserit coram omnibus, vel prio-
ri secreto (si forte causa poposcerit) indicare. ¶ Nullus etiam ac-
cusare debet eum, qui se in eodem capitulo accusauit. Omnino
caueat qui accusatur, ne vel accusanti aliquid respondeat : aut
eum ipso die in aliquo reprehendat, sed se totū emendationi ex-
ponat. ¶ Non debent duo simul aliquem accusare : sed cum
accepta venia a terra surrexerit, debet alter quod voluerit dicere

¶ Nemo

vide 108. C.

Nemo aliquem de pluribus quàm duabus vel tribus culpis accusare potest : nec plures quàm duos vel tres in eodem capitulo accusare.

Ex sola suspitione , nemo alium accusabit : sed tantum de hoc quod viderit vel audierit.

Cum quis disciplinam suscepturus est , mox in eodem loco in quo stat genua flectens , modeste ambas scapulas denudet , nisi forte priori de aliquo visum fuerit , vt etiam vsq; ad cingulum denudare se debeat : & sic consistens inclinato capite , aut prorsus taceat , aut hoc solummodo dicat , mea culpa , ego me emendare volo . Sed nec aliquis interim loquatur : donec priore iubente , inclinans redeat ad locum suum.

Cum aliquis iussus fuerit ad disciplinam suscipiendam se exuere : reliqui facies suas operiant . **I**n capitulo diligenter ab omnibus obseruandum est , ne ad verba prorumpant , nisi aut accusando seipso aut alios : nisi forte iussi aut interrogati a priore fuerint , aut de ordine aliquid quesituri .

In capitulo etiam fratres ad inuicem loqui non debent : sed tantum ad eum qui capitulum tenet . **O**mnibus igitur peccatis : sequitur psalmus **Laudate dominum .** In fine autem dicit prior **Adiutorium .** Et sic soluitur capitulum .

Hoc autem maxime caueatur : ne aliquis extra capitulum loquatur , vel significet de culpis siue de secretis causis , quæ in capitulo tractantur . **Q**ui secus fecerit : censura competenti puniatur , aut etiam voce capitulari priuetur .

De capitulo iuniores primi exeunt : & consequenter cæteri secundum ordinem . **I**n pasche , feria sexta ante penthecosten , in vigilia natiuitatis domini , & in vigilia assumptionis beate Marie : singuli fratres suscipiunt disciplinam in capitulo , & priores in priuato . **Q**uod si predictæ vigilie venerint in dominica : feria sexta precedenti capitulum seruetur .

De grauibus , grauioribus , & grauisimis culpis . Cap. sextum .

De gra-

A

B

C

M. g. ad Reg. 38.

A **D**E grauibus, grauioribus, & grauissimis culpis hic aliqua scribenda sunt: vt aliquis modus habeatur secundum aliorum religiosorum statuta, quamuis mitius valde propter humanam & communem fragilitatem hic procedatur. **G**rauis igitur culpa est: si quis cum aliquo lites habuerit, vel inhoneste contenderit. **S**i quis alteri opprobrium dixerit: vel culpam pro qua satisfecit impropauerit. **S**i quis in illum a quo in capitulo accusatus est, vel in quemlibet alium maledica, vel verba irreligiosa & contumeliosa coniecerit, aut turpem sermonem protulerit. **S**i quis fratrem suum mentiri dixerit. **S**i similis culpa est: si quis discordiam inter fratres seminauerit, seu detractor, vel susurrator inuentus fuerit. **S**i quis mala de fratribus malitiose euomuerit: vel culpam suam vel alterius, proterue defenderit. **S**i quis mendacium scienter dixerit. **S**i quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit. **I**tem grauis culpa est: si statuta ieiunia ecclesie fregerit. **S**i quis alie quod inhonestum domus vel fratrum, vel secretum aliquod, extraneo alicui reuelauerit. **S**i aleam, aut chartis (vt vocant) quis luserit. **P**ro huiusmodi culpis & similibus: tribus diebus seruetur silentium, ter petatur venia ante mensas in refectorio, & ter recipiatur disciplina, & psalmi, & venie, prout secundum delicta maiora vel minora, videbitur iustum. **G**rauior culpa est: cum quis per contumaciam, vel manifestam rebellionem, inobediens prelato suo, intus vel foris fuerit, vel proterue cum eo contenderit. **S**i quis procurauerit, vt ipse vel alius, a potestate sui prioris eximatur: seu iurisdictionem ordinis derelinquens, ad extraordinariam iurisdictionem vel audientiam confugerit. **S**i quis leue furtum commiserit, aut rem sibi collatam cum requiritur celauerit: vel proprium habere attentauerit. **S**i qui per conpirationem, coniurationem vel malitiosam concordiam, aduersum aliquem, presertim prelatum manifeste se erexerint, seu falsum testimonium dixerint, aut cri-

Mag. ad Reg. 28
m. 17
et pag. 560. c.

aut crimen quod probari non poſſit impoſuerint : tales tanquã
infames, ſecundum canones puniantur. ¶ Si quis priorem ſuũ
vel ordinem vel domum ſuam, euidenter diffamauerit. Si quis
de mala familiaritate notabiliter ſuſpectus fuerit, nec tamen a
prelato commonitus, deſtiterit. ¶ Si quis manus violentas ali-
cui iniecerit, ſeu percufferit ⁊ vel cultellum ad percutiendum
euaginauerit, aut mortem ſeu incendium cõminatur, aut dam-
num notabile intulerit, aliquidue horum procurauerit, vel la-
trebroſa loca vel tempora ad talia explenda captauerit. ¶ Simi-
liter & fugitiuus, qui p̄nitẽs intra quinq; dies redierit. ¶ Qui
in huiuſmodi repertus fuerit reus : ter in capitulo vapulabit, &
toties ad terram comedet, officium ſi habuerit, amitter, voceq;
in tractatibus capitularibus carebit. Nec poterit ei vox reſtitui,
aut aliquod officium committi, ſine capituli generalis vel viſi-
tatorum conſenſu. ¶ Et quoniam ſacroſancta capituli noſtri
autoritas apud plurimos vehementer vileſcit ⁊ quicunq; ordi-
nationibus capituli, ſiue prioris ſuperioris obedire contempſe-
rint, ſi priores fuerint, ſit caſus abſolutionis : ſi ſubditi fuerint,
vel ſtatim incarcerẽtur, vel alia condigna pena puniãtur. ¶ Cõ-
cedit inſuper capitulũ vniuerſis prioribus, etiam ſi opus fuerit,
inuocato brachio ſeculari, in grauioribus delictis (quoniã vul-
gares penitentie contemnuntur) vti carcere ceu penitentie loco,
indeq; educere penitentes ex animo. Porro antequam tracte-
tur de grauiſſima culpa, ſerioſe iniungitur cunctis prioribus,
ne villo modo diſſimulent inſequi ac requirere, ſuos apoſtatas
& fugitiuos, inuocato etiam (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcu-
laris. Inſuper vt vnaqueq; domus habeat competentem & fir-
mum carcerem : necnõ & compedes, atq; manicas ferreas. Gra-
uiſſima itaq; culpa eſt : cum quis pro erratibus & delictis ſuis,
ſecundum diſtinctiones premiſſas p̄nitere contempſerit. Hic
talis carcerali cuſtodie mancipandus eſt, veſciturus pane ſolo, cũ
legumine vel oleribus, ac ceruiſiam bibiturus : niſi prior cũ con-
uẽtu ſuo, aliter diſpoſuerit, quoad victus rationẽ, donec per ca-
pitulum

A

B

Confirmatum
anno. 1546.

Confirmatum
anno. 1552.

C

A pitulum generale decernatur, quid amplius de eo fiat. ¶ Sicq̄
 censemus nunc intelligendum illud regule, quam si ferre recu-
 sauerit, de vestra societate proñciatur. ¶ Simili modo tracta-
 buntur apostate & fugitiui qui intra quinq; dies reuersi non fu-
 erint. ¶ Qui de lapsu carnis conuicti, vel publice confessi fue-
 rint, sed & incendiarij, aut aliter notabiliter damnosi, atq; in ma-
 gno furto deprehensi, necnon mutilatores membrorum, aut a-
 liter enormiter vulnerantes siue ledentes. ¶ Similiter & casua-
 lis homicida. Volūtarius enim homicida, perpetuo carceri mā-
 cipandus est; sub victu quo supra, vsq; ad capitulū generale. **In**
B quo nihilominus decernetur; quid vltius factur⁹ sit. ¶ Hoc
 semper precauto, quod nullus talium interim sacramento eu-
 charistie communicabit, nisi forte in periculo mortis, cum vere
 contritus fuerit inuentus, & deuote postulauerit. Cum vero ali-
 quis talium communicaturus de gratia speciali fuerit: debet sol-
 ui a vinculis, atq; sub arcta custodia, ad lucem, ante ostium carce-
 ris, vel extra carcerem educi ad alium locum decentem, post cō-
 munionem sacram, intro continuo rediturus. ¶ At vero vbi
 per capitulum generale, aut priorem superiorem, aliquis talium
 de custodia carceris absolutus fuerit; aget nihilominus penitē-
C tiam grauioris culpe. Insuper diebus septem conuentui ex cho-
 ro ad dormitorium eunti, prostratus iaceat semel singulis die-
 bus. Silentium iuge teneat; nisi forte priore concedente, inter-
 dum cum certis fratribus, pro consolatione, bonaq; informatio-
 ne, aut exhortatione loquatur. Sit in conuentu omnium fratrum
 professorum nouissimus. In capitulo dictis primo culpis; sta-
 tim exeat. Ambitum fratrum nō egrediatur; nisi de speciali gra-
 tia cum conuentu in communi deambulatione. Nec extra mo-
 nasterium mittatur aut vadat; nec etiā cum feminis loqui per-
 mittatur. Nō signetur in tabula ad quicquam in choro cantan-
 dum aut agendum, nihilq; singulariter cantet, non nisi in loco
 (quantum fieri potest) segregato celebret; donec prior de con-
 silio conuentus, post sex menses ex magna eius humiliatione &
 emenda

emendatione, huiusmodi penitentiam iudicauerit moderandā.
Potest quoq; prior & addere huic penitentie, prout pro modo culpe & qualitate persone sue prudentie visum fuerit. **U**agi & profugi licentiā sui prioris ~~non~~ nō valētes ostēdere: vbi cūq; ad domos nostras venerint, sub firma custodia detineantur, & suis prioribus denunciatur. **Q**ui si post iusuationem eis factam, per negligentiam aut incuriam, tales reducere distulerint: soluant domui illi vbi sic detinentur, tot coronas francie, quot hebdomadibus ibi permanserint. **E**t precipitur tam dāti quā accipienti, sub pena inobedientie: vt hanc taxam non minuant quoquo modo. **S**i vero statim priores diligentiam adhibuerint soluant tantum expensas. **S**i fratres fugitiui, apostate, aut alias criminosi, aut pro quacūq; culpa ad alias domus fuerint missi, & ibidem incarcerati: quamdiu in carcere fuerint detenti, prior & conuētus domus professionis huiusmodi fratrum, per procuratores suos soluant pro eorum expensis singulis mensibus coronatam francie. **S**i vero extra carcerem steterit: mensibus singulis florenum aureum rhenensem. **E**t huiusmodi taxā, nec dantes nec recipientes poterunt minuere. **P**roprietarij in proprietate sine confessione defuncti, in cemiterio non sepeliuntur, & sepulti extrahantur vt a cæteris crimen proprietatis euertetur: dummodo tamen hoc manifeste repertū fuerit. **P**riores etiam solliciti sint vt proprietarij legitime secundum constitutiones puniantur. **I**nsuper & hoc vicio sordentes, si inclusi non fuerint, domum non exeant spacio sex mensium: inclusi vero tanto tempore non accedant ad quoscūq; hospites.

De silentio & labore. Cap. septimum.

In oratorio, dormitorio, & reſectorio, omni tempore silentiū seruamus. **P**ost vesp̄as vsq; ad primum signum cenę vel collationis, & in quadragesima post quintam horam omni tempore loqui possumus. **F**erialibus etiam diebus, post primas vel tercias secundum tempus, vsq; ad primum signum sequentis horę: licite loquimur. **V**isitatores tamen domorum, vbi non can-

A

B

C

Confirmatum

anno. 1551.

orig. ad Reg. 7.

ad Reg. 26.

an. 12. 11. 1589.

A nō cantantur omnes hore, possunt ibidem moderari ferialibus diebus, tempus loquēdi quod est post primas vel tercias. ¶ **Ce**lebribus autem diebus post meridiem, a duodecima hora vsq; ad primum signum vesperarum loqui possumus. Quandoq; tamen cum priori visum fuerit ad conferendum de his quæ ad edificationem pertinent: in locum aliquem simul conuenimus. ¶ **F**erialibus diebus a primo signo pro tercijs vel sextis pro tempore vsq; post vesp̄as ⁊ celebribus toto tempore ante meridiem, & post primum signum vesperarū, & omni tempore post cenam, & infra horas regulares: silentium seruamus. ¶ **A** cōpletorio vsq; post primas vel tercias sequentis diei: arctiori nos silentio cohibemus. ¶ **I**nter primum & vltimum signum ad tercias vel sextas & vesp̄as, iuge silentium seruantes, in codicibus, legimus. ¶ **F**erialibus vero diebus post primas vel tercias pro tempore, vsq; ad primum signum sequentis horæ, & post refectionem vsq; ad primum signum vesperarum operibus nobis iniunctis, & precipue scribendis libris insistimus: cæteris temporibus, lectionibus orationibus & meditationibus sanctis operam dantes. ¶ **I**n dispositione tamen prioris est, alios quos a labore magis subleuare: vt amplius lectioni & orationi possint insistere. Sed & in operando saltem ad breues & quasi iaculatas monemur orationes recurrere. ¶ **P**orro si qui in his temporibus locutiones multiplicauerint, aut protraxerint, vel ociose & inquiete circuierint: culpam dicant in capitulo, aut accusentur. Prior etiam si viderit: corripiat eos. ¶ **Q**ui scribere noluerit: subtractione cōmunis cibi & potus, vel alio quocunq; modo, tam diu puniatur, donec arbitrio prioris se emendauerit. ¶ **Q**ui ex commi ssione prioris confessiones recipiunt: locis & temporibus silentij possunt confitētes paucis confortare & monere, vel arguere, prout opus fuerit, & confitentes consilium requirere, sed nō occasione confessionis aliena conferre. ¶ **C**um aliqui ex fratribus emendandis vel compingendis libris, vel alii licui operi, tempore silentij mancipantur: ipsi quidem pariter loquuntur,

*Mig. ad Reg. 1^o
m. 38.*

Mutatum.

vile 102. B.

*Mig. ad Reg. 26.
m. 41. 47 pag. 653.*

loquuntur, & cū cooperantibus, sed nō cū superuenientibus nisi prior concesserit. **De alienis** tamen materijs, longa & inutilia texere colloquia caueant. **Nec debent sine speciali consensu prioris**, ultra primum signum ad tercias vel sextas vel ad vespervas, operari, vel emendare, vel loqui. ¶ **Cum utilitas vel necessitas** vrget: vno vel duobus aut paucissimis verbis, quod res postulat indicamus. ¶ **Vbi prior præsens fuerit**, loqui possumus: sed non post completorium. ¶ **Fratres qui officijs deputati sunt**, vsq; ad completorium, per diem loqui possunt, cum his qui eis continue subseruiunt: sed non cum hore canonice decantātur. **Caueant tamen vana & superflua proloqui**: aut tempora lecti-

A

B

Reg. ad Reg. 22.

Id. ad Reg. 36.

C

Tercia pars

A ferijs occurrentibus, non ieiunamus, & lacticijs vti possumus, sed non in aduentu domini & quadragesima. ¶ Ad importunam hospitem petitionem seu instantiam: ieiunia nos minime relaxamus. ¶ Si dies commemorationis animarum operosus fuerit: semel tantum manducamus. ¶ In die susceptionis noui prioris, & inuestitionis, aut professionis alicuius, nisi feria sexta vel ieiunium ab ecclesia indictum vel aduentus domini fuerit, bis vesci licitum est. Quibus etiam diebus a prandio relaxandi animi causa pariter in loco ad hoc deputato conuenientes sedemus, lectioneque facta breui cum modestia eximus: & vsque ad primum signum vesperarum loqui possumus. ¶ Ferijs secundis intra capituli nostri monasteriorum septa demptis egrotis, & generali seu primo minutionum die, ab esu carniū abstinemus. ¶ Ferijs autem quartis carnem non manducamus. Similiter & in aduentu domini carnibus abstinētes quotidie ieiunamus. ¶ Omnibus precedantibus diebus diuę virginis Marię cibis quadragesimalibus ieiunium obseruamus. ¶ A festo pasche vsque ad exaltationem sanctę crucis: bis manducamus in die exceptis solū sextis ferijs, & ieiunijs ab ecclesia institutis, in quibus etiam cibo quadragesimali utimur. ¶ Feria secunda & tertia post quinquagesimam domi forisque, eo victu qui per quadragesimam in vsu est ieiunamus. ¶ Feria sexta in pasche pane tantum & ceruisia contenti sumus. ¶ Feria sexta paschali bis nosmet lacticijs reficimus. ¶ Quocunq; die natalis dominica venerit: semper carnibus vescimur, & iteratur refectio. ¶ Porro in festo Marci euangeliste, & feria secunda & tertia rogationū, & in festo venerabilis Sacramenti, & patris nostri Augustini, perinde atque in regulari ieiunio, cum lactarijs ieiunamus. Si vero festū diui Marci intra septimanā paschalē celebratur, nec ieiunamus, nec leraniarū nomine abstinemus. ¶ Disciplinas abstinentiam, vigilias, & alia externa exercitia quę communis institutionis nostrę non sunt: nullus nisi priore sciente & concedente assumere debet.

Mag. ad Ky. 5.

¶ De colā

¶ De collatione. Cap. decimum.

Diebus vnice refectiois, vbi primum signum ad completorium datum fuerit, minister ad collationem signum facit. **F**ratribus autem congregatis: prior cymbalum refectorij pulsat. **Q**uibus ingressis: procedit lector in medium, premissoq; **I**ube domine benedicere, sequitur **B**enedictio. **N**octē quietam vitamq; beatam: tribuat nobis omnipotens & misericors dominus. **A**men. **¶** Lector autem vbi paululum legendo processerit, & signum prior ei dederit: ille sedendo & non nihil inclinando dicit **B**enedicite. **D**ataq; benedictione ab hebdomadario, largitor omnium bonorum: benedicat potum seruorum suorum, postquam prior biberit, singuli fratres, quoties opus fuerit bibunt ex singulis sibi appositis amphoris. **¶** Postea ad signum prioris finita lectione, postquam dictum fuerit **D**eo gratias: dicit qui preest, **A**diutorium nostrum in nomine domini. **Q**uo dicto: fratres taciti ad chorum redeunt. **¶** *Nemi- nig. ad Reg. 16.* ni post horam refectiois aut collationis bibere licet: nisi a priore copia petita & obtenta. **¶** Prior quoq; non concedat alicui præter procuratorem facultatem bibendi ad certum tempus.

¶ De dormitorio. Cap. vndecimum.

Dormitoria in domibus nostris superius vel inferius construenda sunt: & singule cellę pro singulis fratribus ordinande. **E**xtra dormitorio nullus cellam vel cameram habere debet pro dormitione vel mansione: nisi quos infirmitas vel officij necessitas abesse compellit. **¶** *Nig. ad Reg. 33.* **N**ullus alterius fratris, vel clerici ad religionem nondum inuestiti cellam ingreditur, nec alicui ingressum pandimus: sine licentia speciali. **S**ed si quis subita infirmitate correptus fuerit: fratri hoc percipienti, cellam eius intrare & cum eo colloqui fas est. **Q**uod etiam de incendio, & quocunq; inopinato casu intelligitur. **¶** **I**n ipsis quoq; cellis nihil, nisi prius ostensum & concessum mutari fieriue sinitur.

A Dormitorium diligenter obserandum est, maxime tempore nocturno. ¶ Omni tempore quies & silentium in dormitorio custodiantur: presertim ab ea hora quādo fratres post completorium, dormitorium intrauerint. Tunc enim singuli in suis cellis quiete manentes vsq; ad horam dormitionis, sibiipsis & deo vacare studeant. ¶ Nemo sine licentia, notabiliter post septimam horam, vigilias protrahere debet. Monemur enim horis ad quietem deputatis, dormitioni magnum impendere studium: quo temporibus cæteris alacriter vigilare possimus.

¶ **A** completorio vsq; ad primas nusquam sine licentia extra dormitorium diuertere debemus, nisi pro necessitate naturæ, pro calefactione, & ad ecclesiam, pro diuino officio peragendo: quatenus tali quiete, laboris diurni & quarumcunq; occupationum distractiones præteritas recolligere, & reformare possim⁹.

B Propter quod, nec ad prioris cellam post completorium fratres venire debent, nisi ex speciali & notabili causa, vel vocati ex nomine. ¶ A festo pasche vsq; ad exaltationem sanctę crucis, post nonas vel gratias pro tempore, vnius horę spacio meridianus somnus conceditur. Nequis autem post excitationem, sopore depressus, diutius torpeat: custos sacrarij postquam excitauit, cellas introire potest, et si quem culpabilem inuenerit, in proximo capitulo accusare. ¶ Omni tempore dum fratres dormi-

C unt, si quis opus habuerit surgere, vel quoquam ire: ita modeste surgat, eat, & redeat: vt aliorum quietem non perturbet. ¶ In cellis dormitoriij vacantibus, silentium seruatur: similiter in bibliotheca & in calefactorio tempore calefactionis.

De communione. Cap. duodecimum.

OMnes fratres clerici domorum nostrarum, qui missas nō celebrāt: de quindena in quindenam, tam professi quā nouicij, cum preparatione debita, sacramentum eucharistie, recipiunt, nisi legitime prepediti, concedente priore, abstineant. ¶ Propter festum tamen maius duplex vel solenne per aliquot dies,

*Nig. ad Reg. 1.
& totū fere.*

*Nig. ad Reg. 26.
nu 39.*

dies, communio anticipari vel differri potest. ¶ Die vero cenę dominicę: omnes fratres clerici & conuersi, de manu prioris, vel eo absente supprioris, recipiunt corpus Christi. Ipse enim tunc instituit altaris venerabile sacramentum, & omnes ibidem præsentes, suis manibus sacratissimis, tanti beneficii participes fecit.

¶ Omnes qui in choro communicaturi sunt, de utroque choro, post Agnus dei, almutijs siue caputijs depositis, ad gradus sanctuarij ordinate se prosternunt. Diaconus & subdiaconus, & ceteroferarij (si adsunt) ante alios accedunt. Deinde cæteri secundum ordinem: senioribus precedentibus.

¶ Singuli autem postquam sacram communionem acceperint, ad dextrum cornu altaris diuertentes: ibidem super genua ordinate se collocant. Diaconus vero ad sinistrum cornu altaris stans, communicatis vinum amministrat: & singuli ad sedes cum reuerentia suas redeunt.

¶ Laicis & hospitibus & omnibus qui ad missam conuentuale communicaturi non sunt: procurator vel alius ab eo premonitus, sacram communionem amministrat, nisi aliquis de consensu prioris, ad aliam missam communicet. ¶ Nullus tamen prior aut subditus, alicui hospiti sacramentum eucharistie, vel extreme vnctionis, sine facultate curati sui amministret.

De iter facturis. Cap. tertiumdecimum.

Priores non sinant fratres suos absque necessitate quoquam proficisci: alioqui per visitatores corrigantur. Visitatores etiam districte corrigant priores, qui sine magna necessitate aut euidenti utilitate, & sine consilio conuentus, dant fratribus facultatem parentes vel amicos visitandi, seu alia quacunq; causa. Possunt tamen priores fratres sibi assumere: & procuratori seu fratri exituro socium deputare. ¶ Qui quoquam proficisci debent: si eadem die reuersuri sunt, benedictionem non accipiunt. Quod si vna nocte extra monasterium moraturi sunt: in exitu flexis genibus benedictionem accipiunt, quę talis est. Benedictio dei patris omnipotentis & filij & spiritus sancti: descendat

- A** super vos & maneat semper. Amen. ¶ Nullus prior aut frater, ambulet foris nec remaneat in itinere, vel in hospitio sine socio religioso: aut aliquo domestico boni testimonij. ¶ In via igitur constituti, ante primam silentium teneant: nisi necessitas vel utilitas, paucis verbis & submissis, aliud facere cogat. ¶ Ad mensam, nec priores nec fratres loquantur: nisi præsentem episcopum, vel prelatum religiosum seu ecclesiasticum, vel canonicum ecclesie cathedralis. Qui aliter foris ad mensam silentium fregerint: culpam in capitulo dicant. ¶ Qui autem in domo ad mensam silentium fregerint: culpam suam dicant & disciplinam recipiant. Poterit tamen senior inter eos de necessarijs mensæ, vel alia re necessaria loqui, paucis verbis & submisse. ¶ Fratres qui tempore ieiunij regularis foras mittuntur: ieiunare non tenentur, excepta feria sexta, & toto tempore aduentus, nisi ex speciali & notabili causa, priori reuelanda, ieiunia his diebus soluere cogantur. Veruntamen lactinia ferijs sextis comedere non prohibentur, ubi consuetudo terre non obstat. ¶ In ieiunijs ecclesie possunt se conformare in cibis, secundum morem patriæ, hominibus apud quos fuerint: sic tamen ut lactinia sibi non procurent, nisi iusta causa subsistat, quam etiam priorem cum ad domos suas reuersi fuerint, referant. ¶ In itinere constituti plus equo extra viam suam ad alia loca non diuertant: nisi ob iustam causam ante remissio siue facultas eis data fuerit a priore. Vel si in via causa euidenter emerferit vel necessaria: hanc ipsam domum reuersi priori exponere debent. ¶ Nullus fratrum excepto procuratore, emittatur ultra iter unius diei, sine literis testimonialibus, quibus etiam inseratur dies quo redire debeat.
- Transumptum* ¶ Porro de via reuertentes: statim oratorium petunt, nec postea sine prioris consensu monasterium egrediuntur, sed ordinem suum perinde atque cæteri obseruant. ¶ Caueant quoque, ne fratribus rumores sæculi referant, quos non expedit eos scire: sed ubi audierint, ibi monentur dimittere. ¶ Pecunias reportatas, priori vel procuratori resignent. Nec prior alicui licentiam retinendi
- Additum.*

tinendi pecuniam concedat. ¶ **S**upprior autem & conuentus, neminem conuentualium emittant in absentia prioris in preiudicium ipsius: alioqui sic emissi censendi sunt fugitiui, & tam supprior quàm conuentus, ad discretionem capituli generalis puniendi. ¶ **T**ransferentes se ad alium ordinem, etiam secundum formam statutorum & priuilegiorum capituli, absq; tamen licentia petita & obtenta: tales si redierint ante professionem suam translationis ad suum priorem conuentum, carebunt voce capitulari, vsq; ad restitutionem capituli. ¶ **N**ullus fratrum, excepto procuratore, emittatur ultra iter unius diei, sine literis testimonialibus, quibus etiam inferatur dies quo redire debeat.

A

vacat.

B

De tonsura. Cap. decimum quartum.

Iste est modus tonsuræ. Corona formetur desuper aures lata & equaliter rotunda, prout religiosos decet: ita ut ambitus capillorum in latum modicus, trium videlicet digitorum, vix existat. ¶ **R**adimur autem de consuetudine singulis quindenis diebus. Sed presbyterorum barbe, possunt ad octo dies vel circa radi, propter reuerentiam sacramenti. ¶ **Q**uando raduntur fratres, silentium in loco rasuræ teneant, exceptis his qui circa rasuram occupantur, hi enim silenter de necessarijs circa rasuram loqui possunt. ¶ **C**aveant autem fratres, ne tonsores mora sua molestant: sed expedite, cum vocati fuerint veniant.

hig. ad Reg. 26. C. in. 38.

De minutione. Cap. decimum quintum.

Quinques in anno fiunt generales minutiones: extra quas licentia minuendi, nulli facile conceditur. Propterea enim in communi tam sepe conceditur: ne ab aliquo exceptis his temporibus, superfluo & singulariter requiratur. ¶ **P**rima est, circa calendas february. **S**ecunda, circa Philippi & Iacobi. **T**ercia,

hig. ad Reg. 17.

A circa calendas Iulij. Quarta, circa exaltationem sanctæ crucis. Quinta, aute aduentum domini. ¶ Prima die minutionis, secundum signum ad terciam pulsandum est septima hora. In hyeme per quartam partem horæ tardius. ¶ Qui minuendi sunt, omnes simul minuunt. ¶ Hora minutionis, de his quæ ad præsentem necessitatem pertinent, submisse & sine tumultu loquimur: etiam cum tonsore alias cyrurgo. ¶ Per tres etiam dies continuos, bis reficimus, aliquid cibi melioris accipientes: nisi ieiunium ab ecclesia institutum interuenerit. Cauendum tamen est (si cõmode fieri potest) ne minutiones sic ordinentur, vt infra biduum, tale ieiunium occurrat. ¶ His quoq; diebus, non tenemus rigorem silentij ad inuicem: præterquàm a completorio vsq; ad primas, & infra horas regulares, & post primum signum refectionis, tempore quoq; lectionis, & in locis silentio deputatis. ¶ His etiam diebus post refectionem, vel si dormiendum fuerit, post dormitionem, facto signo, omnes in monasterio cõuenimus, & modeste pariter eximus: non tamen extra septa, nisi per licentiam prioris. ¶ Prima autem die minutionis, vsq; ad primum signum vesperarum foris remanemus: nisi presidens aut senior prius redeundum dictauerit. Nec tunc vigiliis defunctorum legimus. Secunda vero & tercia die, post horam introitus redimus. ¶ Nullus extra domos nostras, sine notabili causa minuere debet: quàm domum reuersus priori indicare debet. ¶ Quandocumq; deambulandi licentiam habent fratres: officinas exteriores, & si ingrediuntur, caueant tamen se nimis intrmittere, vel etiam curiose inuestigare, de culturis, vel de animalibus, siue de alijs rebus, vel negocijs externis. ¶ Nulli fratrum sine iussione vel licentia prioris, ire licet extra ambitus monasterij, cum officinis contigujs: nisi in loco deputato & separato ab accessu communi, exceptis illis, quibus pro officijs indultum est.

¶ De restrictione priuilegiorum. Cap. decimum sextum.

Ex quo

EX quo sanctissimus in Christo pater, dominus Innocētius papa octauus, multa gratiosa priuilegia, propter vitæ sanctimoniam, & regularem obseruantiam, nostro concessit capitulo generali, in quibus nōnullę clausulę seu articuli, procedēte tempore (attenta vitę, morum, ac personarum dissimilitudine) ipsis professoribus & personis dicti capituli, occasionem forsitan laxandi habenas obseruantię regularis prestare possent: dat & concedit idem pontifex, autoritate apostolica, per plumbeam bullam specialem, definatoribus ipsius capituli, prout viderint statui, ritibus, ac moribus, secū dum temporum, locorum, ac personarum qualitatem (quo ad forum conscientię, & obseruantię regularis sinceritatē) congruere & conuenire, ad tempus & tempora sequestrandī, limitandi, modificandi ea, plenam & liberam facultatem, non obstantibus quibuscunq;. ¶ Quamobrem ne per ea quę in fauorem religionis sunt data, quisquā in abusum tendere videatur, statuit capitulum generale, speciali autoritate apostolica suffultum, infra scriptas clausulas seu articulos, cū suis additionib⁹, limitationib⁹, modificationibus, a singulis obedientiarijs capituli, inuolabiliter obseruandos: decernens nihilominus irritum & inane, quicquid per quoscunq; aliter fuerit attentatum. Insuper vt & contrarium attentantes: legitime per capitulum & visitatores puniantur. ¶ In primis beneficiū dispensationis & absolutionis in causa simonię realiter & scienter commisse, & irregularitatis inde contractę, reseruatur generali capitulo, & priori superiori duntaxat infra annum, & quibus ipsi predicti vel alter eorum hoc specialiter & nominatim, ex certa scientia, duxerint committendum. ¶ Item omnis autoritas absoluendi & dispensandi per dominum Innocentium papam octauum, aliosq; pontifices, concessa superioribus, & alijs fratribus ex aliqua causa presidentibus, in absentia priorum & rectorum capituli generalis: per idem capitulum restricta est, & omnino cassata, saluis semper illis, quę ipsis cōpetunt ex statutis capituli. ¶ Item dispensatio super defectum natalium

patien-

Additum.

- A** patientibus (quo ad dignitatis & curę animarum) receptionem, administrationem, seu executionem: apud definitores capituli, vel priorem superiorem solum residebit. ¶ Item priuilegium quo conceditur alicui transferre se ad ordinem sancti Benedicti de obseruantia, sic moderatum est: vt huiusmodi translatio fiat de licentia capituli generalis, vel prioris superioris. ¶ Item nullus verbum dei publice predicare presumat, instar fratrum predicatorum aut minorum, aut vltra formam in statutis comprehensam. ¶ Item interdicitur singulis obedientiaris capituli, vigore priuilegiorum & indulgentiarum quocunq; tempore, proprio motu, eligere confessorem qualemcunq;: nisi de beneplacito & consensu suorum superiorum pro tempore existentium. ¶ Item interdicitur obedientiaris & omnibus professoribus capituli nostri generalis, cuiuscunq; conditionis, status, vel gradus existant: quarũcunq; extranearũ personarũ confessiones recipere, eisdemq; quamcunq; impendere absolutionem, tam a peccatis quàm a censuris, sed neq; earundem vota commutare, nec cum eisdem dispensare, aut illis pro quocunq; tempore ministrare eucharistie sacramentum, nisi secundum formã in constitutionibus nostris expressam, vel nisi de licentia capituli generalis, vel prioris superioris.

In fra,
de cap. p. mil.
fo. 50.

cap. fo. 115. B.

C ¶ Constitutio domini Urbani quinti. Cap. 17.

VRbanus episcopus seruus seruorũ dei, ad perpetuã rei memoriã. Ne in vinea domini, nostre (licet insufficiẽtibus meritis) cõmissa custodię, nascẽtes vepres & spinę adeo conualescãt, quòd speratam fructificationem ipsius valeant prepedire: diligentię nostre incumbit officio, vt illas extirpare radicitus, solerti studio procuremus. ¶ Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & alijs locis religiosis, tam virorum quàm mulierum, ordinum & religionum, & partium diuersarum, illa detestabilis & a canonibus reprobata seruatur abusio, quòd cum personę aliquę

alique recipiuntur ab eis, ad obseruantiam regularem, ipse persone (temeritate presumptuosa) pastus seu prandia, capitulis & conuentibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, & locorum facere, aut pecunias vel iocalia, seu res alias, ipsis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & locis, seu presidentibus eis, ex statuto, vel consuetudine (quæ corruptela potius est dicenda) tribuere compelluntur. Ex quibus decori sanctę ecclesię, & immaculate religionis detrahitur, quàm plures etiam, tam execratione huius criminis, quàm expensarum onere, a sacre religionis proposito retrahuntur, ipseque ecclesie, monasteria, loca famulantium deo, consuetis numeris remanent destituta, & in multorum fidelium mentibus, scandalum generatur.

Nos igitur, huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs penis contra talia presumentes inflēctis a iure, in suo robore duraturis, penam adiungere grauiorē: vniuersis & singulis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, & magistris, nec non & abbatissis, priorissis, alijsque prelati, quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus quarumcunque ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum & locorum, quorumlibet ordinum & religionum, etiam militarium, tam exemptorum quàm non exemptorum, quocunque nomine censeantur, & capitulis & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore presentium, autoritate apostolica (quàmuis eis a iure omnino sit inhibitum) districtius inhibemus: ne tam a maioribus quàm mulieribus, volentibus ingredi eorum religiones, ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca, in earundem receptione personarum, aut ante, aut post illam, quoscunque pastus, prandia seu cęnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad ecclesiasticum seu quemuis pium vsum alium, deputata seu deputanda, de cetero directe vel indirecte, petere seu exigere, quoquo modo presumant, sed eas potius cum omni moda puritate recipiant, ac in victu & vestitu, sicut alias personas suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum & locorum, sincera charitate pertractent,

A pertractent, illa duntaxat quæ persone ipse ingredientes, pure & sponte ac plena liberalitate omnique pacto cessante, dare vel offerre ecclesijs, monasterijs, prioratibus, domibus & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite percepturi.

¶ Nos enim eos qui secus egerint, si sint singulares persone, tam dantes quàm recipientes huiusmodi, ex communicationis, si vero capitula vel conuentus fuerint, suspensionis sententijs, eo ipso decernimus subiacere. **A** quibus preterquàm in mortis articulo absolui nequeant: absq; sedis apostolice licentia speciali. **¶** Ceterum personis illis, vtriusq; sexus, qui iam labe huiusmodi sunt sedate, earum providentes saluti, de benignitatis gratia vberanti concedimus quòd per suos locorum diocesanos (hac vice duntaxat) a crimine huiusmodi, & nota infamie exinde contracta, auctoritate apostolica absoluantur: imposita proinde ipsis penitentia salutari, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire, & demum cum ipsis vt in eorum ecclesijs, monasterijs, prioratibus, dignitatibus & locis, remanere licite valeant, misericorditer dispensetur. **¶** Insuper erga personas illas, quæ in premissis recipiendo aliqua còtra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos: omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsu monasteriorum, seu locorum eorum, sint applicata, ea ad dictum vsu licite concedimus retineri. **S**i vero ad specialem vsu abbatis seu abbatisse, prioris seu priorisse, aut alterius singularis persone retineatur: illa venire precipimus in communi. **¶** Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostre inhibitionis, constitutionis, còcessionis, & precepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. **S**i quis autem hoc attentare presumpserit: indignationem omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrũ, secundo nonas aprilis, pontificatus nostri anno primo. **Huc vsq; leguntur Statuta in caplo. postea leguntur Statuta de diuersis Et infine Cõdusio vt infra fo. ¶ De commissarijs sanctimonialium. Cap. 18.**

.130. Certis

Certis prioribus domorum nostrarum committitur cura monialium a capitulo, quantum ad inuestitionē ipsarum, professionis receptionem, sacramentorum ministracionem, rectoris sociorumque eius cum consilio visitatorum ordinacionē, ac etiam quantum ad annuam visitationem, cum priore vel prioribus a capitulo sibi deputando vel deputandis. ¶ Quibus a capitulo iniunctum est: vt in actu visitationis monialium, succinctius se habeāt in scrutinio ipsarum, & in actu relationis, maxime in magnis congregacionibus, nisi necessitas aliud cogat faciendum. ¶ Huiusmodi etiam commissarijs concessum est, vt habita causa rationabili, licite possint proficisci ad domos sanctimonialium sibi commissas, sub expensis earum, irrequisitis conuentibus: sed non in aduentu, neq; post quinquagesimam. ¶ Insuper & commissiones ipsarum monialium, vult capitulū, esse personales prioribus ipsis siue commissarijs: nec debere se extendere ad eorum successores, sed ipsis prioratui cedentibus, aut morientibus, deuolui ad capitulum generale, aut priorem superiorem. ¶ Vult quoq; capitulum, vt commissarij studiose conentur introducere consuetudinem, vt in singulis domibus tam in gremio quā extra gremiū capituli, semel tantū in anno puellę ad habitum religionis recipiātur. Et si plures fuerint: eodem die simul & coniunctim inuestiantur & profiteantur.

Confirmatum
anno. 1516.

De rectoribus sanctimonialium & socijs eorum. Cap. 19.

Rectores sanctimonialium, capitulum generale vel visitatores earum deputare habent, vbi commissarij non sunt. Aut infra annum, quando incommodum est expectare: prior superior. Vbi vero commissarij sunt: ipsi ex domibus suis (si idoneos habuerint) rectores & socios eius ordinare habent. Sed si in domibus proprijs personas idoneas nō habuerint: tunc de consilio visitatorum possunt assumere rectorem & socios eius, ex quacunq; domo, dummodo illa non nimis per hoc destituantur. Alias extra actum visitationis, non habent visitatores potestatem sumendi aliquem ex aliena domo, nisi de licentia

aut con-

- A** aut cōmissione capituli generalis, aut prioris superioris. ¶ Porro rector sic deputatus, & sub gremio capituli residens, non potest eligi in priorem, sine licentia capituli generalis aut prioris superioris: nisi in domo in qua professus est. In qua etiam cum electio celebranda fuerit, ipse ad eam, sicut & socij, vocari debet.
- Additum.
- Confirmatum** ¶ Habeat etiam rector, tam in gremio quàm extra gremium, anno. 1515. duos socios sacerdotes: vbi facultas suppetit. Et rectores non habentes fratrem ordinis sacerdotem socium sibi cohabitãtem aut sibi cum consilio commissarij procurent, aut ad suos conuentus sine mora reuocentur. ¶ Visitatores & commissarij, constituant socijs rectorum terminos, vltra quos progredi non licebit, sine licentia rectorum. Preterea fratribus domorum inclusarum, alios adhuc terminos designabũt, sub quibus ibidem stent secundum formam inclusionis domus professionis suæ.
- Transumptũ** ex capitulo de uisione ¶ Singulis quoq; annis, rectores & socij, tã in gremio quàm extra gremiũ, ad minus semel veniãt ad capitulum culparũ in domibus suæ professionis: atq; dictis culpis absolui & reuocari ad suos conuentus petant. ¶ Priusquã commissarij dent aut cõstituant monialibus extra gremium constitutis rectores aut socios, cogi debent monasteria & coram commissarijs protestari, sese nihil contra statuta & priuilegia nostra actura, neq; confugere ad alienam iurisdictionẽ, in electione vel postulatione quorumcunq; membrorum capituli, ad officium prioratus, etiam in aliena domo capituli nostri, & superioratus aut procuraturę in domo propria. Quod si facere noluerint: capitulum interdicat commissarijs illarũ executionem, earundemq; cõmissionẽ.
- Confirmatum** ¶ Quãdo vero priores in domibus personarum feminei sexus, anno. 1531. extra gremium capituli, de licẽtia eiusdem capituli, rectores aut socios dederint, postquã ad annum seruierint, obligabunt se moniales, per literas sigillo sui conuentus munitas, vt postquã senio aut alias defecerint, vel sine legitima causa repulsi aut remissi fuerint: soluant conuentui rectorum & sociorum quamdiu vixerint, singulis annis viginti florenos aureos renentes pro rectoribus

pro rectoribus, pro sustentatione vero sociorum, singulis annis tot florenos, quot annis seruerint. ¶ Singulis etiam annis rectores & socij eorum, tam in gremio quam extra gremium constituti, coram commissarijs suis, de omnibus clenodijs, pecunijs & vniuersa supellectili sua, sincere & sine fraude, sese declarare debent. Et commissarij ordinationem hanc, sine dissimulatione, & personarum acceptione exequantur. ¶ Insuper interdicitur omnibus capitulo subiectis: ne quicquam ordinare aut dispo- nere presumant, de rebus suis, clenodijs & pecunijs, aut quouis modo condere testamentum, nisi presente & concedente pro- prio priore. ¶ Rectores exitus vitent & profectioes, precipue longas, & quas per alium expedire possunt. Vnde etiam ad capitulum generale non veniant, nisi habuerint causam, pro domo sibi commissa: nec ad visitandum deputentur. ¶ Ad rectores non pertineat inuestire & velare moniales: sed ad hec facienda, vocabunt commissarium suum, si habuerint, aut si non habuerint, vnum de confirmatis prioribus vicinis. Quancquam inuestire non prohibeantur, si commissarium, aut alium priorem commode habere non potuerint. ¶ Rectores post priores vbi- que locum habeant: & in dicendo fidelium, post gratias, ipsis prioribus, etiam in domibus suis deferant. ¶ Externarum rerum amministrationem non habeant, nisi quantum a visitatoribus sibi commissa fuerit. Requisiti tamen consilium prestare non recusent: & communem respectum, pro suarum domorum vtilitate, non abijciant. Rectores plerumque cum socijs consilia participant: & socij per omnia ipsis obediant, sicut alij fratres suis prioribus. Literas quoque neque mittant, neque recipiant, seu aperiant: nisi prius ipsis rectoribus ostenderint. ¶ Horas canonicas, saltem maiores, legant pariter tepestiuè, cum opportune potuerint. ¶ Quando due missæ secundum ordinarium concurrunt cantande (quonia moniales ad vnã tantum cantandam sunt astricte) in arbitrio rectoris est, quæ illarum sit cantanda, & quæ legenda. ¶ In seruando tricennarium defunctorum

A

Confirmatum
anno. 1541.

Confirmatum
anno. 1547.

non sint. t. p. m.

B

C

K

capituli

A capituli pro singulis: cum tribus missis defunctorum satisfacere possunt. Similiter pro tricennario domus proprie, singuli satisfacere possunt, cum tribus missis defunctorum: addentes tamen reliquis diebus currētis tricennarij collectam, in missa priuata vel conuentuali, cum qua nihilominus debitum fraternitatis persoluerere possunt. ¶ Porro pro tricennarijs viuorū, quę per capitulum generale imponuntur, singuli legant tres missas, de sancto spiritu, vel de domina, pro singulis tricenarijs: aut ter septem psalmos cum letanijs. ¶ Ad vnum sociorum rectoris pertinet, subseruire sorori sacristę, & quotidianam sollicitudinem gerere de his, que illa propter clausuram explere non valet: vtputa de ornāmētis, sacris vasis, missalibus, cereis, oleo pro lampade, & de omnibus que vel abluenda, refartienda, seu mūtanda sunt. Calices tamen & corporalia, per seipsum, vel per sacerdotem, aut diaconum lauari faciat. Et sacrum etiam oleum, suo tempore procurare non negligat. ¶ Nullus habitum religionis suscipiat in domibus monialium: nisi de licentia capituli generalis. Et susceptus taliter: non priorisse, sed rectori & eius successoribus, obedientiam promittat. ¶ Priorisse vero & si nō teneantur rectori promittere obedientiam: possunt sibi inuicē promittere fidelitatem & assistentiam. ¶ Rectores & socij eorū

B sororibus (excepta priorissa & procuratrice) non loquantur: nisi si sciente priorissa, aut nisi paruam rem postulando ab officialibus, vel negocium intimando. Sed nec socij cum mora loquantur eisdem: nisi sciente rectorē. ¶ Nec etiam permittatur monialibus & sororibus conuersis, loqui viris quibuscunquę absq̄ euidenti necessitate, vel singulari gratia. ¶ Itaque diligenter caueant, post completorium vel septimam horam, vel ante primas, cum quacunquę miscere colloquia, siue confessiones audire, absquę notabili causa, que differri non potest. ¶ His etiam temporibus, ipsi ab aliorum colloquijs non necessarijs se abstineant, & tempestiue cellas petant: & dicto completorio, spiritualibus exercitijs, sicut in monasterijs fit, operam impendant.

C

Confirmatum
anno. 15 51.

¶ Per diem etiam instabiles & inutiles circuitiones restringant : **A**
labori manuum, seu alicui pio operi insistentes. Ad quę si inepti
& inualidi fuerint : lectioni, meditationi & orationi, cellas sedu-
lius custodiendo, operam dent, nisi moderate quandoque forte
spaciantes, causa releuationis. **¶** Committitur rectoribus in &
extra gremium capituli, residentibus, procurare sibi vnum laicū
familiarem, qui eis cohabitare, ipsisque in profectiōibus & a-
lijs ministerijs seruire debet. **¶** Ceterum rectores, cum fra-
tribus, conuersis, & laicis, capitulum culparum, ad quindenam
seruare possunt. **Et** in quatuor principalioribus festis, disciplinā
recipiant, sicut in monasterijs fratrum. **¶** Pręterea cum utili-
Btas vel causa rationabilis exigit, vt clausuram ingrediantur : nō
minus quā duo vel tres simul intrent, simul stent, & simul
exeant. **Et** hoc quanto rarius, & breuius : tanto securius.

¶ Quo circa interdicitur visitatoribus, commissarijs & rectori-
bus, in & extra gremium capituli, ne vllō modo intrent clausu-
ram monialium, nec ipsi nec priorissa, extraneas personas intra-
re permittant : nisi secundum formam statutorum nostrorum :
nec ingressi, vllō in tempore, intra clausuram comedere aut bi-
bere presumant. Si quis secus attentauerit : abstinentiam faciat
tribus diebus, in pane & ceruisia, & nihilominus per capitulum **Mutatum.**
aut visitatores grauissime puniatur, aut certe ad domū suę pro-
Cfessionis reuocetur. **¶** Rectores & socij domorum monialium
aut sociorum, extra gremium capituli nostri, ita ad obseruanti-
am statutorū nostrorū in omnibus sunt astricti, quemadmodū
rectores & socij domorū monialiū, capituli nostri. **¶** Rectores
etiā & socij, a secularibus inuitati, ad prandiū aut cenam, non va-
dant : nisi forte ad domos religiosorū, aut deuotarū congrega-
tionum. **¶** Conceditur rectoribus & socijs eorū, soluere debi-
tū ordinis in summa missa (nisi fuerit defunctorū) per collectā :
saluo quōd onus missarū non assumant aliunde. **¶** Interdicitur districte
socijs rectorum in & extra gremium capituli nostri residentibus,

A habere sub quocunque colore, vsum vel proprietatem pecuniarum, per se, vel interpositas personas, vnde emere aut vendere, dare vel recipere, per se nihil presumant: sed sua donaria, aut alia vndecunque recepta, rectoribus resignare debent, qui huiusmodi expendere, vel expendi facere poterunt, pro suo arbitrio, ad vsum illorum vel aliorum, sicut visum fuerit expedire, in regulata secundum deum conscientia. Contrarium facientes, sine dilatione reuocentur ad proprium conuentum: nec ad domum quamcunque monialium remittentur, nisi de licentia capituli generalis, vel prioris superioris. ¶ In domibus monialium,

Confirmatum
anno. 1544.

B nulla ad professionem admittatur, ante inchoatum decimum septimum annum: sine licentia capituli generalis. Visitatores quoque hac pena punire debent rectorem, priorissam & conuentuales, qui puellas ad clausuram & inuestitionem ante hanc etatem, receperint: scilicet quod rector legat tria Psalteria Dauidica, priorissa sit per quadraginta dies extra sedem suam, in loco ex ordine sue professionis sibi competenti. Relique vero sorores, per mensem sint nouicie. Puellę nihilominus sic receptę,

Confirmatum
anno. 1551.

in monasterio nullo modo remanere poterunt. ¶ Diligenter quoque prospiciant priores, rectores & priorisse, ne aliqua recipiatur per contractum simoniacum: sub pena supra in capitulo de susceptione & inuestitione nouiciorum conscripta. Et commissarij taliter receptas, ad professionem non admittant: alioqui per capitulum generale, rigorose corrigantur. ¶ Cum viribus vel senio destitutus rector, post diutinum seruitium ad domum suam vel aliam reuertitur: in solatium necessitatis sue, moniales illi subseruire debent pro sententia capituli, vel ipsorum quorum ordinatione illic constitutus est. ¶ Quacunque etiam ex causa rector abcesserit ab eis, vestitum talem secum referat, qualem primo secum attulit: nisi ex gratia, melius vel amplius quid addatur, non tamen superflue & nimis abundanter. ¶ Si vero aliqua peculiaria, notabilis valoris acquisierit: non secum deferat, sed domui illi relinquat, nisi ex gratia, beniuole illi concedatur.

cedatur. ¶ Et insuper cunctis rectoribus depositis, post obitum eorum, idem beneficium per omnia exhibetur a monialibus quibus seruiert, quod prioribus alibi electis & absolutis a fratribus domorum quarum fuere priores. ¶ Defunctis rectoribus aut socijs in domibus monialium: sorores auferre non debent, que vel illi prius secum e domo sue professionis attulerunt, aut ab ipsis illis donata fuerunt. Neq; priores auferre debent res illas quas moniales rectoribus & socijs, ad cellarum suarum structuram vel ornatum, siue aliam aliquam commoditatem aut recreationem prius contulerunt.

A

Confirmatum

anno. 1546.

B

De pastoribus & curatis. Cap. vigesimum.

Quoniam nonnullę domus nostre colligationis habere videntur, ecclesias parochiales, & sacella secularia, procul a conuentu, vel in proximo: mandat capitulum districte precipiendo, cunctis sibi subiectis, vt nemo posthac quouis modo, assumere presumat curā, aut prouisionem cuiuscunq; ecclesie parochialis, aut etiam certarum missarum in quocunq; sacello vel altari. Quod si qui contra hęc facere presumpserint: prior a suo officio absoluator, suprior vero & procurator, ac reliqui fratres qui in hoc consensum prebuerunt, grauissime puniantur.

¶ Vbi autem antiquitus, huiusmodi onere, quod excuti nequeat, domus aliqua grauata est: priores nullo modo permittant fratres suos foris residere, sed vel seculares prouideant, vel si extrema necessitas postulauerit, & loci vicinitas patitur, ita plebaniarum & sacellorum habeatur cura: vt expeditis sacris, statim quisq; domum redeat. ¶ Priusquam tamen fratres in pastores, siue curatos, siue sacellanos inuestiantur: faciant iuramentum coram notario & testibus, promittantq; se mansuros, etiam post inuestitionem, sub correctione & obedientia suorum priorum, & quod ad nutum eorum semper erunt amouibiles. Priores quoq; de consilio visitatorum, in vsu habeant: vt dum expedit, eos amoueant, & ad conuentum reuocent.

C

A ¶ Huiusmodi quoque curati, ad minus semel singulis annis, in conuentu fratrum dictis culpis, reuocari humiliter petant: & de receptis & expositis, legitimam faciant computationem coram priore, superiore, procuratore, & fratre consilii, sub pena suspensionis a diuinis.

¶ Conclusio trium partium precedentium.

E T quia parum est statuta condere, nisi sint qui ea tueantur: propterea omnibus & singulis prioribus, rectoribus, & priorissis, presertim tamen visitatoribus ac commissarijs iniungimus ac rogamus, vt reiectis contrarijs, circa statutorum prescriptorum obseruantiam, in se & in ceteris, diligenter inuigilent, iniunctam sibi ab ordine curam, fideliter impleant, que apud eos reformatione, correctione, & emendatione digna fuerint, reforment, corrigant, emendent, zelum tenentes helie, & mathathie constantiam. ¶ Subditos vero omnes hortamur & moneamus in domino Iesu, vt constitutiones istas humiliter suscipiant: & cuncta in eis contenta, pro dei & ordinis reuerentia, pro sua pace & consolatione ac animarum suarum salute, obseruare studeant. ¶ Et si interdum errauerint vt homines, non sint in emendando pertinaces vt demones: sed æquo animo correctionem moderatam sustineant, sue professionis memores, vt in eternū salui fiant.

C

¶ Finis.

¶ Incipiunt capitula quarte partis De conuersis, Donatis & familiaribus.

| | |
|---------------------------------|--------------|
| ¶ De receptione & inuestitione. | Capit. i. |
| De professione conuersorum. | Capit. ii. |
| De vestimentis conuersorum. | Capit. iii. |
| De diuino officio conuersorum. | Capit. iiii. |
| De labore conuersorum. | Capit. v. |
| De silentio conuersorum. | Capit. vi. |
| De capitulis culparum. | Capit. vii. |
| De refectione conuersorum. | Capit. viii. |
| | De |

Mig. est par. 2
num. 26 et seq.

De receptione & inuestitione conuersorum. Ca. i.

131.

| | | |
|---|--------------|---|
| De iter facturis conuersorum. | Capit. ix | A |
| De confessione & communionem conuersorum. | Capit. x | |
| De rasura & minutione conuersorum. | Capit. xi | |
| De officio defunctorum. | Capit. xii | |
| De diuersis statutis conuersorum. | Capit. xiii | |
| De Donatis. | Capit. xiiii | |
| De familiaribus. | Capit. xv | |
| De mercenarijs & prebendarijs. | Capit. xvi. | |

De receptione & inuestitione conuersorum. Cap. primum.

B

LAicis ad ordinem suscipiendis, id ipsum pene fit, quod & clericis. Nam & similiter dura proponuntur eis & aspera. Eademque pene interrogantur ab eis que a clericis: tolerantia insuper exteriorum laborum ipsis proponenda est, cum status eorum ad domus seruicia precipue sit institutus. Vnde & clericos & literis competenter edoctos: ad hunc statum sine licentia capituli generalis nequaquam suscipimus. ¶ Caueatur etiam in receptione personarum ad ordinem vel in donatos, ne parentes vel alios propinquos habeant, qui cura eorum egent, & ad quos obligantur: ne ex illis grauamen domui generetur. ¶ Nullus in sacris ordinibus constitutus, in conuersum recipiatur, nec per capitulum generale quidem.

C

¶ Conuersos ad certum numerum recipimus: qui octonarium numerum excedere non debet. ¶ Vestiendus in conuersum in state die inuestitionis de confessione & preparatione ad sacram communionem admonendus est: & die statuto a priore induitur. & postea ad gradum altaris ducitur, cantatoque hymno in osculum sicut clericus suscipitur. ¶ Itaque vestitis in habitu conuersorum magister deputatur idoneus, ad instruendum eos & ordinem dicendum. Qui specialem ad eos respectum habeat, & sicut superius de institutione nouiciorum scriptum est, secundum quod statui eorum congruit, eos in profectu eorum & vira reli-

A giosa instituere debet. Nouicius res suas priori vel alteri cui prior commiserit, custodiendas tradit. ¶ Suscepti ad statum & habitum conuerforum, nõ promoueantur ad statum clericorũ, nisi per licentiam capituli generalis, quę tamen licentia non facile concedatur, sed in ea vocatione qua vocati sunt & qua ceperunt, fideliter & constanter vsq; in finem domino seruire studeant & placere: scientes se nihil minus propter habitus differentiam a veritate religionis, & plenitudine fraternitatis habere.

¶ De professione conuerforum. Cap. secundum.

B **C** onuerfi post annuam probationem, cum seduli in petendo misericordiam fuerint, & receptibiles apparuerint in capitulo clericorum sicut clerici, ad professionem faciendam suscipiuntur. Ibiq; de stabilitate & obedientia ceterisq; necessarijs audientes, cum immobiles & imperterriti permanserint, ammonentur, vt professionem suam propria manu in materna lingua scribant: aut si scribere nesciunt, alium ibidem ore proprio rogent, vt suam sibi scribat professionem. In cuius tamen sine, ipsemet signum crucis, propria manu depingit. Et instruendus est a magistro suo, vt sciat quid professio contineat, & quid promittere & reddere teneatur. ¶ Hora professionis instanti, hoc est finito offertorio, conuerfi omnes chorum intrantes, ad gradum inclinantes ante formas se collocant, stantes versus ad altare, & professurus sine cappa, professionem suam apertam, manu dextra gerens, ad gradum se prosternit altaris. Et statim habitu nouiciatus exutus, nouo scapulari & cappa rursus induitur. Deinde dicuntur preces breues. Saluum fac seruum tuum. Deus meus sperantem in te. Collecta dicta, ad dextrum cornu altaris procedit: ibiq; inclinans si norit, clara voce, cunctis audientibus, professionem suam legit. Alioqui: dyaconus ad missam ministrans eam legit, profitente tamen ipsam proprijs manibus tenente, in hunc modum. ¶ Ego frater. N promitto deo auxili-

ante,

A ante, perpetuam continentiam, carentiam proprii, & obedientiam tibi paten prior & successoribus tuis canonicè instituedis, secundum regulam beati Augustini, & secundum constitutiones capituli nostri generalis. ¶ Post hæc cartham ipsam offert am-
B babus manibus super altare, & osculato altari, ad medium altaris super gradum prosternitur hac obsecratione benedicendus. Confirma hoc deus &c. Quo trina vice replicato, cum responsionibus: subiunguntur orationes sequentes, & suscipitur ad osculum more clericorum, supplicans singulis lingua materna & dicens, ora pro me pater. Insuper & singulis conuersis supplicans, in osculum ab eis suscipitur. Deinde reuertuntur conuersi ad loca sua: & post eos professus.

De vestimentis conuersorum. Cap. tertium.

His vestibus vtuntur conuersi, cappis videlicet griseis & fisis, secundum formam clericorum, nullo alio colore admixto, parum breuioribus, quàm tunice eorum longiores. Quibus festiuis diebus dum conuentualiter conueniunt, & quando-
C cunq; ad missam ministrant, & cum ciuitates pertranseunt, semperq; cum equitare eos contigerit, induantur. Ceteris temporibus, capitibus nigris sicut clerici, cum albis scapularibus, vsq; ad medium tibiaram vtuntur. Nouicij tamen scapularibus breuioribus, id est vsq; ad genua vtuntur. ¶ Superiores duas tunicas habere possunt, vna palma breuioribus tunicis clericorum. ¶ In laboribus possunt breuioribus vti, dum tamen circa medium tibiaram extendantur. Inferiores tunicas, caligas, pedulia, & calceos, & lectisternia: sicut clerici habere possunt & in tunica semper dormiunt. Indufis & lineis non vtuntur. Pellicium vnum vel duo, vel etiam mantellum griseum, pro indigentia personæ, & loci possibilitate, habere possunt. In omnibus enim huiusmodi non est querendum, nisi vt frigus arceatur, & nuditas regatur. Sed & in omnibus

K 5 simpliciora

colore et materia similes, Copen. priuileg. fo. 10. c.

A simpliciora & grossiora, decet eos appetere & in usu habere.

¶ De diuino officio conuerforum. Cap. quartum.

Diebus celebribus, conuersi ad matutinas & ceteras horas, eodem tempore, & eadem festinantia sicut clerici, ad ecclesiam in loco sibi deputato, cappis induti, conueniunt: & horas suas ibidem dicunt. Si quis in veniendo tardius ad ecclesiam notatus fuerit: culpam in capitulo dicat & corrigatur. Insuper in festis maioribus duplicibus & supra, prioribus vesperis & cōpletorio intersūt. Diebus vero quibus laboratur, matutinis vsq;

B ad laudes intersunt, nisi grauib; laboribus vel officijs fuerint deputati. **¶** Facto mane, antequam ad laborem vadunt, ecclesiam petunt, ibiq; primis suis, vel saltem breui oratione si festinantia vrgeat dicta, ad laborem exeunt, missam si commode possunt audiunt. Si qui autem amplius ab ecclesia propter obedientiam aliquam vel laborem remanent, de licentia prioris vel procuratoris id fiat. Huiusmodi enim relaxatio de alijs obseruantijs conuerforum seruatur, quando aliqui talibus operibus vel obedientijs mancipantur, in quibus communes constitutiones commode seruare nequeunt. **¶** Omnis enim eorum obseruantia, obedientie postponitur. Vnde & pauciores eis constitutiones determinate sunt, vt sciant obedientiam priorum suorum summam sibi fore constitutionum. **¶** Dum ad horas conuersi regulariter ecclesiam intrant, vel exeunt, capita sua nudant & ad altare maius inclinant. Ingressi quoq; chorum suum, stant versus altare, donec dimisso signo, pater noster prostrati vel inclinati dicant. Ad deus in adiutorium cum conuentu se signant, & ad gloria patri inclinant. Finito gloria & sicut erat, &c. cum alleluia vel laus tibi domine rex eterne glorie, pro matutinis trium lectionum stantes sexies orationem dominicam &

C Aue maria dicunt. Et in fine gloria inclinando & sicut erat stando, deinde sedendo eandem orationem sexies repetūt, & in fine

gloria

gloria & sicut erat vt supra. **P**ostea stantes iterum sexies eandem iterant orationem, & in fine omnium gloria patri vtsupra, deinde prostrati kyrieleyson cristeeleyson kyrieleyson, pater noster dicunt, & benedicamus domino. **I**n festis aurem nouum lectionum iterato sedentes, sexies, & adhuc iterato stantes, sexies eandem repetunt orationem, cum gloria patri vtsupra, deinde inclinādo dicūt, kyrieleyson christeeleysō kyrieleyson, pater noster, benedicamus domino. **E**t vt vniformiter se gerāt, seniores vel alium ad hoc deputatum, sequi debent: vt prius genu flectat, stet, sedeat, vel inclinēt. ¶ **P**ro reliquis horis, dicto cum conuētu pater noster, deus in adiutorium, gloria patri &c. quinquies orationem dominicam stando repetunt, & postea kyrieleyson, pater noster & benedicamus sicut ad matutinas complent. **S**ed ad vesperas, alias quinque orationes superaddunt, & postea concludunt vtsupra. ¶ **F**initis matutinis suis, deuote pro singulis ecclesie statibus deprecātur: prout a magistro suo instructi fuerint, scilicet pro papa, pro episcopo, pro imperatore, aut rege, pro principe proprię terre, pro statu ecclesie, pro prelatis, pro principibus in communi, pro pace & fructibus terre secundum tempus, pro priore suo & conuentu, & pro communi statu domus sue, & aliarum domorum nostrarum, pro peccatis suis, pro emēdatione ac profectu virtutum, proque parentum suorum benefactorum nostrarum viuorum & mortuorum salute, pro his vel quibusdam eorum, & si que alia vel tempore vel causis necessaria occurrerint aut iniuncta fuerint secundum temporis permissionem longius vel breuius orando, vel etiam si tempus permiserit pro singulis atque aliquibus coniunctim orationem dominicam subiungere possunt. ¶ **P**ostquam vero horas suas persoluerint, pari modo quantum scire possunt, conuentui se conformant, inclinando, prosternendo, sedendo, siue stando & orationibus seu meditationibus sanctis prout preualent vacare student. **S**ed quando euangelium ad matutinas vel ad missam. **T**e deum, **B**enedictus, **M**agnificat, & **N**unc dimittis cantantur

- A** tantur, stantes capita nudant. Et dum Credo in vnum deum. Sanctus & Agnus dei cantantur, stantes non reclinant. Et in primis & in completorijs si presentes fuerint, Confiteor cum conuentu dicunt. Si autem in ecclesia non fuerint, semper tamen mane primas persoluunt, & hora missæ tertiam & sextam & nonam, vel quando in conuentu easdem horas intellexerint decantari. Diebus tamen hinc refectionis, nonam potius post refectionem persoluunt, & vesperas hora vesperarum, vel saltem ante cenam, & completorium infra completorium conuentus, vel postquam a labore cessauerint. ¶ **A** capite ieiunij vsq; ad pascha, exceptis dominicis, septem psalmos penitentialis, vel septem Pater noster dicunt. In capite ieiunij, cineres accipiunt si presentes fuerint, absentes ter Pater noster prostrati dicunt. ¶ **I**n parasceue finita passione, pro singulis statibus pro quibus a priore preces dicuntur, cum dicitur flectamus genua, per singulas preces Pater noster prostrati super formas dicunt. Pro iudeis tamen non prosternuntur. Postea oblatam extra chorum crucem, ad pedes venerabiliter osculantur. ¶ **I**n tribus etiam solemnibus commemorationibus defunctorum, & in presentia funeris fratrum clericorum vel conuersorum, vigilijs & missæ conuentuali quæ pro his cantantur interfunt, nisi de speciali licentia alijs occupati fuerint.
- C**

¶ De labore conuersorum. Cap. quintum.

Conuersi laboribus deputentur externis, siue intus siue foris, & operibus sibi iniunctis diligenter & fideliter insistant. In hoc se amplius proficere, & gradum bonum apud deum remuneratorem omnium acquirere nouerint, si proprii quieti aut commodo rem communem preferre curantes, maior

maiori studio & frequentiori alacritate, iniuncta sibi perfec-
erint, quàm si facerent propria: vnusquisque enim propriam mer-
cedem secundum suum laborem accipiet. ¶ Quicumque vero
laborem sibi iniunctum adimplere noluerit: ad nouissimum lo-
cum redactus, interim grossiori tantum pane vescatur, & potu
tenui, donec ad opera promptum se exhibeat & paratum. Qui
autem laborare non potest, benigne tolerandus est, sed summo-
pere cauendum est, ne tales ad ordinem recipiantur. Conuersi
circa sibi commissa solliciti & diligentes, cum exiguntur priori
vel procuratori de hijs rationem reddant. Alias de statu domus
vel de institutione vel destitutione officialium se non intromit-
tant, nisi a priore vel procuratore vel visitatoribus requisiti fue-
rint: sed in omni mansuetudine & simplicitate, sine murmura-
tionibus, ordinationi vel voluntati suorum superiorum se sub-
icientes, nihil aliud vel aliter quàm eis iniunctum fuerit agere
presumant. ¶ Procurator etiam vel alij obedientiarij si quicun-
uersos aut alios familiares sibi subseruientes habuerint, diligen-
ter respicere debent, ne opera illis iniuncta negligentius vel
tardius expleant, seu superuacue circueant, aut ociose tempus
consumant. Et quos culpabiles deprehenderit, etiam corripere
& admonere non negligant, & si se non emendauerint, priori
corrigen-
dos denuntient.

De silentio. Capit. sextum.

In quibuscunque locis fratres clerici tenent silentium, tenent
& conuersi. Itemque in dormitorio & refectorio suo. Diebus
celebribus silentium sicut clerici tenent, nec per officinas aut cu-
riam inquiete vagentur, sed in ecclesia vel monasterio aut circa
cellas aut lectos suos remanent, nisi facultate habita aut missi vel
nisi ex officio alicubi ire habeant. Et quauis ferialibus diebus ut
pote laboribus externis & officijs deputati, ad silentium nõ ob-
ligentur, nisi a completorio vsque ad primas diei sequentis, in-
fra horas tamen regulares, maiori diligentia multiloquium stu-
deant euitare. Si aut aliqui propter senium vel aliam quamlibet
debilitatem

A debilitatē, laborare minus possent, vel si ex pristina siue seculari consuetudine ad labores externos quod absit minus promptos se exhiberent, tales non habent facultatē loquendi, nisi temporibus illis quibus loqui licet fratribus. ¶ **Cum** extraneis sine licentia non loquuntur nec cum germano quidem, vnde obuiantes vel superuenientes mansuete inclinato tantum capite licet resalutare, viamq; ostendere quo transire debent. Ad interrogata, est, vel non, seu paucissimis verbis respondere, & quod amplius loquendi cum eis copiam non habeant se excusare. **Et** cum licentiam habuerint, non tamen loquuntur cum eis post completorium & ante primam, & quādo commode seruare possunt etiam infra horas regulares. **Temporibus** silentij obuiantes sibi inuicem, amica a lacritate & humili supplicatione mutuo locum dantes, seruato pertranseunt silentio. **Instante** die celebri, post septimam horam, quā cito commode possunt, lectos petunt. **Ceteris** quoq; diebus in quibus laboratur, postquā cenauerint & a labore cessauerint, vsq; in crastinum post primas suas, quieti & exercitio spirituali vacare studeant, dormitoria sua petentes, nisi causa necessitatis occurrat, aut ad ecclesiam ire debeant, nec tunc quidem ad loquendum sine necessitate prorumpant & vespere circa octauam horam lectos suos adeuntes, dormire satagant. ¶ **In** vno autē dormitorio seu cellis coniunctis, & ab accessu publico separatis omnes dormire debent, nisi quos infirmitas vel officij necessitas abesse compellit. ¶ **Cum** silentium notabiliter fregerint, aut sepius pauca verba multiplicauerint, secundum modum delicti & disciplina vel alia penitentia puniantur. ¶ **Edentes** vbiq; sunt, silentium tenent, pro cuius fractione in primo capitulo, culpam dicunt, & septies orationē dominicā legant, nisi prior cum officiali aliquo dispensandū iudicauerit. **Fractores** etiam silentij notabiles, singulari silentio & cōtinuato per dies aliquot, in quibus nec proprijs fratribus sine licētia liceat eis loqui ad cōmunē consuetudinē sunt reducendi.

De capitulo culparum. Capit. septimum.

Diebus

Diebus dominicis post nonam horam hora cōpetenti, con-
uersi capitulum culparum habent, de quindena in quin-
denam, nisi propter festum maius duplex, vel aliam legitimam
causam preueniatur vel differatur. **I**ngressi igitur domum capi-
tuli in locis suis ordinate resident. **P**riori vero vel alio cui com-
miserit aduenienti reuerenter assurgunt. **D**einde presidens dicto
benedicite, & respondentibus conuersis, dominus si sibi visum
fuerit exhortationem breuem facit pro obseruantijs ordinis &
emendatione morum, ac profectu vite spiritualis atque fide-
litate sibi commissorum & exercitij laboris. **D**einde dicit faci-
ant venias qui se reos estimant, & tunc sumpta venia singillatim,
culpas suas dicunt & inuicem accusant, secundum morem fra-
trum clericorum. **E**t si hoc minus pacienter fratrem suum tunc
tēporis posse ferre presumpserit, capitulo presidenti antequam
conueniant reuelare non omittat, vt ipse excessum eius tem-
pore & modo quo sibi visum fuerit corrigat & emendet. **F**inito
capitulo & dicto a presidente adiutorium nostrum, &c. **R**espon-
soque, qui fecit celum & terram, inclinantes humiliter disce-
dunt. **C**onuersus qui priori aut procuratori aut magistro depu-
tato inobediens fuerit, aut restiterit verbis duris & contentiosis
in capitulo disciplinam acrem recipiat, & humi residens, coram
conuersis & fratribus super asserem nudum in refectorio come-
dat, toties quoties priori visum fuerit. **C**onuersi recusantes obe-
dire ordinationibus capituli, careant participatione priuilegi-
orum, gratiarum & beneficiorum eiusdē capituli, donec se sub-
mittant ordinationibus eiusdem. **I**n diebus etiam quibus fra-
tres clerici generaliter disciplinantur, accipiunt & conuersi dis-
ciplinas. **P**rior vero cum sibi videtur, conuersos omnes vel
aliquos eorum ad capitulum vocat clericorum, & ibidem cul-
pas suas confitentes & accusantes, si de aliquo culpabiles reperti
fuerint, digna correptione emendat: & sic de capitulo pariter
exeunt.

A

B

C

De refectioe & ieiunio conuersorum. Capit. octauum.

Ad

A

Ad refectorem conuersi pariter conuenire debent in refectorio separato, nisi quos infirmitas vel officij necessitas abesse compellit. **I**ngredientes ad refectorem: & exeuntes nudatis capitibus ad crucem inclinant. **C**ongregatis igitur eis & in ordine suo stantibus, vno seniore inchoante, benedictionem sicut clerici dicunt: qua finita inclinantes ad crucem secundum ordinem confidentes, reficiunt cum silentio. **P**ossunt tamen aliquid boni legere si norunt. ¶ **P**eracta refectio: dicit senior mensē. **T**u autem domine miserere nostri, respōsoque Deo gratias: surgunt & in ordine suo stantes, gratias more clericorum dicunt. **P**ro psalmo tamen Miserere mei deus ferialibus diebus

B

quando bis reficiunt, & in hebdomada pasche pro psalmo, **C**onfitemini, psalmum Laudate dominum omnes gentes dicunt. **D**ictis gratijs in refectorio, cum silentio ad ecclesiam vadunt. **I**bique pater noster, & nonis suis si non dixerint dictis: ad opera sua reuertuntur. ¶ **Q**uando priusquam conuentus exit, de ecclesia exituri sunt: senior eorum primus surgens exit, sequentibus alijs secundum ordinem, nisi alteri iniungatur. **D**iebus vero celebribus non exeunt, nisi finitis horis conuentus exeat. ¶ **A**b

C

exaltatione sanctę crucis vsque ad quinquagesimam, feria tertia, quinta & sabbato iterato reficiunt: & tunc prius prandere possunt. **I**n aduentu cotidie ieiunant: potest tamen prior propter graues labores cum eis dispensare. ¶ **P**orro conuersi quando mane exituri sunt ad laborandum, ante horam consuetā comedere possunt nec licet eis sepius quam bis, sine speciali causa & licentia prioris comedere. **E**t foras missi si sepius comederint: priori cum reuerfi fuerint causam indicant. ¶ **I**n refectorio si quis non comederit de hijs que sibi apponuntur, alteri tamen porrigendi fas non habet, excepto pane & fructibus. **B**ibentes, ambabus manibus amphoram vel scyphum tenent. **A**bstinentias que nostre institutionis non sunt, nulli eorum nisi priore sciente & fauente facere licet. ¶ **A**mmonemus ut nullus interroget a quoquam quid coquatur: nec aliquis debeat cibum qui

generaliter

generaliter omnibus est paratus, nisi infirmitate cogente recusare. **Non** est enim consuetudinis nostrę : pro victualibus murmurare, maxime in conuentu.

De itinerantibus. Cap. nonum.

Conuersi quocūq; & quādocūq; ire iubenter siue pedestres siue equestres, nullatenus resistent. **Non** mittuntur foras sine socio clerico vel cōuerso, aut donato, aut aliquo fideli boni testimonij. **Q**uilibet cum foras mittitur, quā̄m citius cōmode potest reuerti, tenetur. **A**lioqui quot diebus sine rationabili causa quā̄ priori manifestare tenetur reuerti tardauerit, totidem disciplinas in capitulo recipiat, priore si sibi visum fuerit penitentiā aucturo. **¶** Conuersi cum propter domus negotia foras mittuntur, silentium teneant a completorio suo vsq; post primas.

¶ Quādocūq; autē huiusmodi silentium notabiliter soluerint & in proximo capitulo culpam suam dicant. **¶** Cum foris positi negotia domus peragunt : iuramenta, mendata, fraudes & cetera mala, quę secularibus negocijs interesse solent, vitare precipiuntur, sempiternamq; animę suę salutem, temporalibus rebus & commodis anteferre. **¶** Quando foras missi redeunt, statim ad ecclesiam vadunt : & veniunt ad priorem vel procuratorē quā̄ primum habuerint oportunitatem, rationem de negotio pro quo missi sunt reddentes. **¶** Caueant quoq; ne rumores seculi alijs referant, quos non expedit eos scire, sed vbi audierint ibi monentur dimittere. **¶** Conuersi extra domum exeuntes, precipuorum ieiuniorum abstinentias non soluant. **F**erijs sextis vero per annum, & in aduentu, cotidie ieiunant : nisi propter causam rationabilem priori cum redierint reuelandam. **¶** Vnusquisq; cum redierit domum, confiteatur priori : & si que data sunt ei, quā̄m primum potest, debet illi offerre. **N**ulli ergo conuersorū licet habere pecunias, exceptis his qui quoquā̄ proficiuntur. **N**ec prior de facili concedat cuiq; conuersorum retinendi pecunias.

A ¶ De confessione & cōmunionem conuersorū. Ca. decimū.
Conuersi ad minus semel in quindena, priori in genibus & detecto capite confiteantur. ¶ Temporibus infra scriptis sacram communionem accipiunt, nisi ex causa crebrius vel rarius prior iudicauerit accedendum. Videlicet in natiuitate domini, in Epiphania, in Purificatione beate marie. Semel inter purificationem & Annūciationē. In annuntiatione, nisi festum palmarum venerit ante kalendas aprilis, in coena domini, in Pascha, in Ascensione, in Penthecoste, in festo Sacramenti. Semel vel bis inter festum Sacramēti & Assumptionis beate marie semper virginis, in Assumptione beate marie, in Natiuitate beate marie, in festo Michaelis, in solemnitate omnium sanctorum, in conceptione beate marie, & in dedicatione ecclesie. ¶ Ante communionem, abstinebunt a carnibus vna die quando carnibus vesci licitum est, sed ante Penthecostē & ante Assumptionem per duos dies. Nullus vero diebus supradictis a sacra communionem se abstrahat, sine scitu & consensu prioris.

¶ De rasura & minutione conuersorū. Ca. vndecimum.

Conuersi raduntur de mense in mensem: sed barbe eorum ad quindenam. Caput desuper in rotundum radunt super aures vt clerici & non sursum. Cum raduntur vel lauantur, non loquuntur, nisi paucis verbis de necessarijs. ¶ Quater autem in anno minuunt, eisdem temporibus quādo fratres clerici minuuntur, & circa kalendas Iulij, non minuunt sine speciali causa & licentia. Minuti tribus diebus aliquid cibi melioris accipiunt, sicut & clerici. Prima die minutionis laborare non tenentur: sed post nonam ad aliquem non locum deputatum simul conueniunt, de bonis ad tempus colloquium habituri. Quando vero cū clericis minuunt, cum eis exire possunt. ¶ Qui nunquā sibi minuunt, aut minutionē ad alium diem per licentiam differunt, eisdem in generali minutione quibus & minuti participant beneficijs. Qui per licentiam extra consuetam minutionē minuit, prima die beneficium habet sicut in generali minutione: duobus

bus alijs coenam tantum recipit.

De officio defunctorum. Cap. duodecesimum.

Pro recenter defuncto fratre vel conuerso quilibet conuersorum, centies & quinquagies dicit, miserere mei deus, quolibet Psalmum cum requiem eternam terminantes. Qui hunc nesciunt: treceta triginta dicunt Pater noster & Aue maria. **I**te quiuis eorum pro eiusdem tricenario, id est pro missis quas sacerdotes dicunt, centies quinquagies Pater noster. Pro anniuersario quolibet in conuentu celebrato, decies Miserere, vel vigesies quinquies Pater noster & Aue maria, si miserere nesciunt. **P**ro fratribus quoque domorum nostrarum, cum alicuius obitus denunciatus fuerit, decies miserere, cum requiem, vel vigesies quinquies dicunt Pater noster, & Aue maria. Cum prior missas iniunxerit sacerdotibus, pro qualibet missa, pro qua clerici non sacerdotes vigiliis nouem lectionum legunt, conuersi decies miserere, vel vigesies quinquies dicunt Pater noster, & Aue maria.

De diuersis statutis conuersoru. Ca. decimum tertium.

Interdicitur omnibus laicis domorum nostrarum, ne aut legendo aut literas discendo, opera sua vel sibi commissa, aut officium diuinum quando interesse debent, vnquam negligant. Hec autem si commode possunt addiscunt, scilicet psalmum. Miserere mei deus. De profundis, Pater noster, Aue maria, Credo, Confiteor, Benedicite, & gratias, & ea que sacerdoti celebrantia ministro respondentur, & kalendarium. **C**onuersi non petunt foris sibi concedi libros, sine licentia presidentis. Coquina & cellarium nullus conuersus ingreditur, sine licentia, nisi cellarius, hospitiarius, rectorarius, & solatium infirmorum. **C**onuersi cum mulieribus soli non loquantur, nisi in aperto loco ubi ab alijs videri possint, excepta matre vel sorore. **A**d prioris cellam vel procuratoris non veniunt post completorium, nisi iubente vel concedente priore, exceptis his quibus ut ipsi seruiant est iniunctum. Quicumque in quacunque obedientia,

- A** cuiuslibet agit vices, nihil in ea sine licentia mutare permittitur.
- ¶** Si cultellus aut vestis aut aliquid huiusmodi mittitur alicui fratrum, aut datur: ex bona consuetudine, non ei sed alteri potius datur, ne quasi proprium habere videatur. In arbitrio tamen prioris relinquitur, vtrum ei cui missum est an alteri detur: sed de procuratoris licentia illud retinere aut accipere nemo presumat. In cellis quoque ipsis nihil nisi prius ostensum & concessum, mutari fieri ve finitur. Generaliter autem alterius cellam aut lectum nullus ingreditur, aut loquitur, sine licentia. Quocumque tempore conuentus fuerit in monasterio vel alibi, conuersi non debent intrare vel se leuiter ingerere: nisi ab eo qui conuentum tenet vocentur. Licentiam a priore alicui denegatam, non debet dare postea supprior aut procurator, nisi alia necessitate postmodum occurrente. Et ideo petitor, etiam non interrogatus dicat, quod sibi a priore fuerit denegata: ne vt fraudis reus argui debeat & puniri, si eam ab ignorante obtinuerit. Similiter si quis licentiam a suppriori vel procuratore denegatam, a priore postea petere voluerit: a predictis fuisse denegatam, manifestet eidem. Conuersi deferant honorē sibi ipsis, & fratres se nominent. Celle & officinę conuersorum, a priore & procuratore quandoque & quando eis placuerit visitentur: quibus ipsi conuersi quicquid habent exponere tenentur cum requisiti fuerint.
- C**

DE DONATIS Cap. quartum decimum.

¶ In hoc continentur cuncta que a capitulo sunt ordinata & confirmata de donatis, & conformiter illa que ex commissione capituli, ab executoribus bullę apostolicę sunt statuta addita vel mutata. Ita quod priores habito hoc capitulo, non habent neesse procurare sibi copiam bullę apostolicę, vel executionis eiusdem.

NE de incauta & indiscreta receptione donatorum, grauamina vel scandala in domibus nostris proueniant: statuis-
mus & ordinamus, vt in recipiendis donatis, singuli priores cum domibus suis, magnam studeant habere discretionem & caute-
lam

A lam. Numerus quoq; donatorum, vltra quatuor aut quinq; nō
excedat, nisi de licentia capituli generalis. Que quidem licentia
non datur, nisi capitulum prius cognouerit numerum iam re-
ceptorum. ¶ Cum autem aliquis in donatum se recipi petierit
prescire debet, non se tam otio & quieti, quā laboribus cor-
poralibus & seruitijs externis mancipandum, quāquā nullus
ipforum iniuste & indiscrete grauari debeat. Quod si clericus a-
liquis in hunc statum se recipi petat: poterit ab externis labori-
bus magis quā laici releuari, si ad alia vtiles inueniatur. Qui ta-
men non recipiatur in hunc statum, sine licentia capituli gene-
B ralis. Quando autem aliquis infirmitate vel senio deficiens, la-
borare non potuerit, non est abijciendus vel derelinquendus:
sed pro modo suo & loci possibilitate, benigne tractādus, & tūc
alius in locum deficientis admitti potest. Cum vero sub obser-
uatione premissa, quis in donatum recipiendus fuerit, presen-
te priore & conuentu, interrogetur ab eo, vtrum sit libere con-
ditionis, an alicui mulieri fidem sponderit, vtrum de quere-
lis & debitis satisfecerit, an aliquem latentem morbum habeat.
Quibus preuijs, & presentibus & notario & testibus, promittat
obedientiam tantum & fidelitatem capitulo generali, & priori
proprie domus eiusq; successoribus, & domui suæ esse fide-
C lis. Atq; cum opus fuerit, humiliter velle subiacere, correctioni
sui superioris, & visitatorum capituli generalis. ¶ Resignet in-
super omnia bona sua, mobilia & immobilia, presentia & futura
libere & plenarie, in manus prioris & conuentus, nunquā de
cetero ius habiturus, ea repetendi, aut de his quicquā sine pri-
oris sui voluntate ordinandi. ¶ Et si quod absit tentationi-
bus victus, per semetipsum recesserit: nihil mercedis pro impē-
sis laboribus suis, vllō vnquā iure, exiget aut extorquebit. Nec
etiam quicquā repetere valebit, de his quę prius sponte mona-
sterio ex deuotione contulit, nisi quāntum prior & conuentus
pie fauere voluerint. De his vero quę sibi commissa fuerint, aut
sub cura & custodia sua habuerit, priori & procuratori rationē
reddere

A reddere debent, quoties super his requisitus fuerit. ¶ **Donati** quamuis habitum non mutant volumus tamen vt toga & superior vestis ipsorum sint grisei coloris tantum, & nō alterius cuiuscunq;. Et quod tam longa sit vestis, vt genua operiat & transcendat. Toga etiam in dextero latere sit aperta, & super scapulas confuta, habens superius circa collum tres nodos. Capitiū autem eorum sit nigri coloris, & sine tympha. ¶ **Festis diebus** & dominicis missam conuentuale audiant, & intersint vespers & cōpletorio, & collationi quæ familiaribus fieri solent, nisi ex speciali commissione occupentur. ¶ **Semel ad minus in quinquagena** confiteantur. Communicent autem secundū ordinationē prioris sui, & consuetudinem monasterij, cum debita preparatione & abstinentia a carnibus, vt supra de conuersis dicitur.

B ¶ **Orationes determinatas** ex debito non habent: nisi quod in obitu fratrum & cōuersorum & donatorum in propria domo defunctorum legant centum quinquaginta pater noster & aue maria. Aliquas etiā cotidie secundū prioris sui cōsiliū exolvere studeant. ¶ **Donati & fratres laici & sorores familiares** domorum nostrarum seruent inter se fraternitatem, quemadmodum fratres & sorores ordinis ipsius capituli. Ita vt denunciata morte fratris aut sororis familiaris, omnes & singuli soluant debitum fraternitatis, pro eis legēdo quinquies psalmū Miserere, aut vigētes orationem dominicam, & salutationem angelicam. Si qui insuper soluerunt pro singulis sacerdotibus, monialibus, & alijs professis vigiliis nouē lectionum: scribatur hoc expresse cum mortui fuerint, & non simpliciter, qui soluit. ¶ **Donati** animo manendū in monasterijs nostris, perpetua sub obedientia capituli, & fratribus sine mercede seruientes, censentur, capitulo generali subiecti. Et talibus cōcessa est generalis participatio capituli, præter particularia beneficia in proprijs domibus eis debita. ¶ **In diebus vero generalis disciplinæ,** a priore vel ab altero cui commiserit, excessibus suis confessis, seorsum seu cum cōuersis congregati, disciplinas recipere debent. Alijs quoq; temporibus,

Confirmatum
anno. 15 19.

C



poribus, secundum laudabilem consuetudinē domorum, quando priori visum fuerit, in fratrum choralium seu conuersorum capitulis aduocari, & pro suis excessibus & negligentijs possunt corrigi, aut etiam disciplinari. ¶ **S**i vero (quod absit) inobedientes & rebelles, aut incontinentes, aut profugi, vel proprietarij contra priorum suorum voluntatem & laudabilem ordinis consuetudinem inuenti fuerint: secundum exigentiam culpę condignę penę subiaceant. Vel etiam a priore vel quibus ipse commiserit, capi, ligari & incarcerari absq; vllius contradictione poterūt, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachijs secularis.

¶ **P**receptum executorium in fine bullę est tale.

¶ Hęc uero statuta & ordinationes, mandamus autoritate apostolica qua fungimur in hac parte, in uirtute sanctę obedientię, & sub pena suspensionis & excommunicationis, quas in contradictores quoslibet & rebelles, monitione canonica trium dierum premissa, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus firmiter obseruari. ¶ Quod fiet pro presbyteris donatis, habetur inter illa que in ordinario scripta sunt.

¶ **De laicis & familiaribus. Cap. decimum quintum.**

Laici qui non admittuntur ad statum donatorum, modis & conditionibus subsequētib; recipi poterunt. In primis in presentia prioris & conuentus, aut coram notario & testibus, aut tantum coram fide dignis, resignabunt se ipsos realiter & cū effectu, pure, & simpliciter propter deum, subiñcientes se priori & conuentui, ac promittentes se quamdiu ibi manserint, in excessuum suorum correctione, & in alijs per priorem sibi iniungendis obediētes, & domui fideles esse, uelle, & debere. Insuper sciant se absq; proprietate victuros, nec pecunias citra priorum suorum facultatē habituros, quas tamen absq; eorundem licentia exponere non possunt. Et si reditus habuerint: nō ipsi, sed procurator subleuare debet. Quibus tamen datur libera facultas disponendi de rebus suis, ante eorum receptionem, sicut datur fratribus clericis & conuersis ante eorum professionem.

¶ 4

¶ **I**tem

- A** ¶ Item si (quod absit) de excessibus suis corrigi noluerint : tunc priori & conuentui eos reijcere licet. Pro scandalosis tamen & enormibus excessibus, expelli poterunt, etiam si sponte correctioni se submittere parati fuerint. Quod si sic reiecti aut tentationibus victi per semetipsos recesserint : a nobis nihil mercedis, pro laboribus aut impensis seruitijs, tempore quo in monasterio vixerunt, vlllo vnquam iure a priore aut conuentu, per se vel per suos, poterunt exigere aut extorquere. ¶ Veruntamen ne videamur eorum bona per eos adlata querere, eis restituatur omnia illa bona quæ ad manum prioris aut procuratoris detulerunt. Quod si huiusmodi sua bona immobilia fuerint : de fructibus, pensionibus siue redditibus leuatis, nil recipiunt vel reportant.
- B** ¶ Insuper prior & conuentus secundum domus sue facultatem, huiusmodi laicis victui & vestitui necessaria, quamdiu cum eis manserint ministrabunt : nec eos propter quacumque corporis infirmitatem vel debilitatem, siue senio deficientes, de suis domibus quouis modo amouere aut expellere poterunt. ¶ Nullus seruilis conditionis posthac recipiatur in familiarem laicum, nisi prius libertatem fuerit adeptus. ¶ Item habeatur pro consuetudine, quod laici ministrantes ad priuatas missas vtantur superpellicijs, vbi commode possunt. ¶ Item laici illi fratres capitulo generali censentur esse subiecti : qui animo manendi in monasterijs nostris perpetue, fratribus sine mercede sunt seruientes. Et his concessa est generalis participatio capituli supra particularia beneficia in proprijs domibus illis debita. Ab his feceruntur capitulo generali non obediens, siue donati siue conuersi fuerint, quamuis sub eodem capitulo sint professi.
- C**

¶ De mercenarijs & prebendarijs. Cap. decimū sextū.

Mercenarij si necesse fuerit admittuntur, pro domus ministerio, aut aliquo officio exercendo. Horum curam habet procurator, qui & respicere debet ne negligenter seruitium suum impleant : aut ociose tempus suum consumant. ¶ Cum aliquis ad longum tempus pro mercede conducitur, predicatur ei, quod

A ei, quod secundum Dei precepta viuere debeat: & precipue que infamia sunt & flagitiosa vitare, & continenter viuere, vsuram aut alia lucra illicita fugere, quodq; procuratori obedire & illi de commissis rebus & operibus suis rationem reddere teneatur.

¶ Quod si societas alicuius eorū, ceteris familiaribus in detrimentum & in scandalū noscitur diriuare, & ammonitus non se emēdauerit: data mercede cōdigna, etiam ante tempus prefixum, si fieri bono modo potest, dimittatur. **¶** Prebendarij vero nullatenus sunt admittendi siue in perpetuum, siue ad certū tempus, absq; licentia capituli generalis, que tamen licentia non facile cōcedenda est, sed cum magna discretione & cautela. **B** De quorum numero computantur, qui in monasterio commanentes, & de bonis monasterij viuentes, aliquas sibi res proprias seruātes, sine obedientie subiectione, propriam voluntatem & sensum, pro superiori retinent: qui prout volunt vigilant aut dormiunt, dant & recipiunt, operantur & quiescunt circueunt loquuntur & tacent: quos omnino deuitare debemus.

SO GEORGII MACROPEDII

**Epigramma, in laudem Venerabilis patris Cornelij
Blockij prioris canonicorum Regularium
in Traiecto, horum statutorum
instauratoris.**

(.: .: .:)

Blockius excessit uita Cornelius egra,
Quem post arumnas uexit ad astra Deus
Non igitur laehrymis foelix lugendus amaris.
Sed quod nos liquit, solus & astra tenet.
Indigni fuimus uiuentem ipsum retinere,
Indigni q̄ sumus mortuum ad astra sequi.
Nec praeter Logicen, Physicen, sacramq̄ Mathesein
Calluit & sacram cum pietate Graphen.
Quod didicit docuit fratres, patrumq̄ Statuta
Instaurata typis splendidiora dedit.
Expulit hic castris Sapphiran atq; Simonem,
Atq; suos uoluit conditione pares.
Iam patris aetherei patribus sociatus amicis,
Despicit haec mundi gaudia flenda pijs.
Te uirtus tua, te pietas tua ad aethera uexit,
Nos uitium & torpor deprimit usq; solo.
Te uehit ad lucem pietas eleemosynaeq;
Nos tenet in tenebris uita remissa, tepor.
Esto igitur nostri memor o pater optime, & ora
Quo gnatis liceat luce nitente frui
Ut post fata queant tenebras uitare barathri
Ac tecum nitida luce Deoq; frui.

INDEX RERVM PRINCIPA

lium in constitutionibus nostris contentarum, quibus & subiū-
gitur numerus paginarū, vt quod queritur facilius possit inue-
niri. Vnaqueq; etiā pagina diuiditur in tres partes. **A. B. C.** Quae
literę facile imaginari poterunt, licet ascribi commode ne-
quiuerint propter marginales annotationes.



Absens non facile iudicandus est. **C. 37.**

Absol. prio. casus 1. **S**i graues pecuniarū summas
mutuo receperit, & rationē nō reddiderit. **B. 46**

Absolutionis casus 2. **S**i aliena deposita exposuerit,
sine deponentium consensu. **B. 46**

Absolutionis casus 3. **S**i literas sigillo cōuentus sigillauerit, si bo-
na aliqua alienauerit, aut impignerauerit. **C. 46**

Absolutionis prioris casus 4. **S**i in receptione ad ordinem simo-
niam commiserit. **C. 46**

Absoluti. casus 5. **S**i bona monasterij absq; autoritate capituli, &
absq; consensu conuentus alienauerit. **C. 46**

Ab. ca. 6. **S**i statutorū contemptor fuerit, & in eorū obseruatione
in se & suis subditis, nimis latus fuerit. **C. 46**

Abso. casus 7. **S**i prior de incauta familiaritate feminarum nota-
tus & suspectus fuerit. **A. 47**

Abso. casus 8. **S**i prior quecunq; priuilegia, in preiudiciū capituli
generalis, procurauerit, aut curiam romanā, absq; licentia ca-
pituli adierit. **I**ste casus etiam extensus est, ad rectores & om-
nes capitulo subiectos. **A. 47**

Absolu. prioris casus 9. **S**i fratres suos absq; licētia capituli gene-
ralis permittat residere apud sorores cuiuscunq; ordinis aut
fratē, vel si huiusmodi curā aut prouisionē acceptauerit. **C. 47**

Absoluendi autoritas, per **I**nnocentium concessa suppriori-
bus in absentia priorum, restricta est, & omnino cassata:
saluis semper que ipsis ex statutis competunt. **C. 119**

Accentum & orthographiam domorū nostrarum, nolumus a
quoquam

Index statutorum.

quoquàm immutari. B. 82

Ambitus monasterij nemo exire debet absq; licentia. C. 118

Animam vnā & cor vnum iubemur habere in deo. A. 29

Argento vel serico aut alijs preciosis, vti non debemus. A. 75

Bibere extra horam refectionis nulli licet. B. 113

Bibētes, amphorā vel scyphū ambab⁹ manib⁹ tenem⁹. A. 111
Bibendi licentiam ad certum tempus, prior nulli concedere debet, excepto procuratore. B. 113

Capitulum generale vbi & quando seruandum. C. 31

Capituli superioritas ad aliā domū transferri potest, cū in duob⁹ caplīs cōtinuis, oēs definitores in hoc cōsenserint. A. 32

Ad capitulū ex vna domo, plures quàm duo non veniant. A. 32

Ad capitulum qui in tribus aut quatuor diebus venire nō possunt: de biennio in biennium veniant. A. 32

Ad capitulum quilibet scribere potest, cauendum tamē ne maleliciose aut prolixè scribatur. B. 32

Ad capitulum venientes, non nimis tempestiue iter arripiant, nec extra viam diuertant. A. 33

Domum vbi capitulum seruatur, ante sabbatum nemo ingredi debet, nisi causam specialem habeat. A. 33

Ad capitulum venientes, chartas proponendorum, literas, & elemosinas, si quas susceperūt, & nomina defunctorum secū deferre debent. A. 33

In capitulo omnib⁹ cōgregatis, legitur caplīm Vniuersis qui, &c. deinde charta precedētis anni, cōtinēs nominatores, electores & definitores, cū definitionibus illius anni. C. 34

Capitulum quando inchoandum, & quid agendum. C. 33

In capitulo, episcopus si adest, preces dicit. B. 34

In capitulo, priores & socij circuitiones ociosas vitent, orationi & sacre lectioni operam dare studeant, presertim post completorium. B. 33

Capitulo generali, scribere non debent, fundatores aut extranei ad hoc ab aliquo inducti. C. 32

A Index statutorum.

In capitulo, extranei primo expediri debent. **C.37.**

In capitulo cui aliquid iniungitur, tempestiue & fideliter illud exequatur, scribaturq; a notario tempus & persona. **C.37.**

In capitulo, priores, dictis culpis, absolutionē petere debēt. **C.39**

In capituli conclusionē, definitiones recitantur. **Et si quid ad huc propositum fuerit, breui examinatione terminetur. A.39**

A capitulo (monitione facta, & confessione dicta) recedimus, nisi festum celebre duplex fuerit. **B.39.**

Capituli priuati autoritas. **B.40.**

Capitulum priuatum causas emergentes decidere non debet nisi que capitulum generale cōmode expectare non possunt. **C.39**

Ad capitulum priuatum qui sunt vocandi. **A.40**

In capitulo priuato, si quis priorum causam pro se habuerit: exire debet. **B.40**

Capitulum priuatum si errauerit, in capitulo generali corrigatur. **B.40**

In capitulo, preces consuete, & confiteor, dicuntur. **A.40**

Capituli priuati expensas, pro communi vtilitate factas, de communi soluentur. Que vero pro perturbatione, vel delicto, seu causa alicuius domus: soluet illa domus. **B.40**

Capitulum culparum, semel in hebdomada fiat. **A.101**

In capitulo fratres ad inuicem loqui non possunt. **B.103**

Extra capitulum, nemo loqui debet, de secretis in capitulo tractatis. **C.103**

In capitulo, culpe tam alte dicendę sunt: vt ab omnibus possint audiri. **C.101**

Culpam suam vel alterius nemo presumat in capitulo, vel alibi in conuentu pertinaciter defendere, sub pena. &c. **A.102**

Cantores & hebdomadarij, ante diuinum officium, de cantandis aut legendis, prouisi esse debent: ne sub diuinis talibus occupati, alios a deuotione abstrahant. **B.94**

In cantu vel lectione errantes, manu ad pauimentum veniam accipiunt

Index statutorum.

- C**ipiūt. Qui vero alios errare faciūt: culpā in capſo dicūt. **B. 94**
- C**antor omnia in tabula tempeſtiue ſignet, & minorem ſupra maiorem ponere non debet. **C. 78.**
- C**antor ſi in tabula, poſtquā viſa eſt, aliquid mutauerit, tempeſtiue illis indicet. **C. 78.**
- C**antoris eſt, proceſſiones ordinare, & faciēda diſponere. **A. 79**
- C**antori in cantu nemo preiudicet, & quod ille incepit, nemo perturbet: excepto priore. **A. 79**
- C**antoris eſt ordinare, quid in reſectorio legi debeat. **B. 79**
- C**antoris eſt, propter ſuperuenientē aliquam cauſam, ſi tardādū in feſtinandū fuerit: hoc ipſum fratribus indicare. **C. 79**
- C**antoris eſt, ſi fratres plus iuſto feſtinant vel pertrahunt: ad certam menſuram cantum moderare. **C. 79**
- C**antor ſi negligens in officio fuerit: non temere a quoquā corripatur, ſed in capitulo accuſetur. **C. 79**
- C**antor & ſuccētor ſolliciti ſint, vt ſemper mediocritas ſeruetur: vt cātus noſter grauitatē redoleat, & deuotionē excitet. **A. 80**
- C**antantes aliquid in medio chori: ante & poſt, ad gradum ſanctuarij inclinant. **C. 95**
- Q**ui cantare aut opus ſibi iniunctum perficere noluerit, aut in alijs obſeruantijs ſepius exceſſerit: grauioribus verberibus, aut aliter emendetur. **B. 102.**
- C**antoris eſt, admonere eos, qui nimis lente, vel nimis feſtināret dicunt pſalmodiam. **A. 80.**
- C**antores caput nudant, cum aliquid incipiunt, exceptis reſponſorijs in matutinis, & in vigilijs defunctorum, & antiphonis poſt pſalmos. **A. 80**
- C**antoris eſt, cum plures miſſe vna die occurrūt, diſponere quis eas legere debeat. **B. 80**
- C**arnibus non veſcimur in monaſterijs, ſecūdis ferijs. **Q**uarta autem ferijs a carnibus abſtinemus. **B. 112.**
- C**alefactorium eſt locus ſilentij, calefactionis tempore. **C. 114**
- C**arcerem vnaqueq; domus habere debet. **C. 105**
- C**arcere abſolutus, aget nihilominus penitentiam grauis

Index statutorum.

- oris culpe. **B. 106.**
- I**nsuper diebus ad minus septem, conuentui ex choro ad dormi-
torium eunti, prostratus iacebit, silentium iuge teneat, sit om-
nium fratrum nouissimus, ambitum fratrum nō egrediatur,
in capitulo culparum dictis primo culpis statim exeat, extra
monasterium non mittatur, nec cum feminis loqui permitta-
tur, nō signetur in tabula ad quicquā in choro cantandū vel
agendū, nihilq; singulariter cantet, non nisi in loco segregato
celebret, donec prior de cōsilio cōuētus, post sex mēses, ex eui
dēti eius humiliatione, & emēdatione, huiusmodi penitentiā
duxerit moderandā. Poterit quoq; prior addere huic penitē-
tię, sicut pro modo culpe, & qualitate persone sue discretio-
ni visum fuerit. **C. 106.**
- C**apitia cuculle & chlamides, de nigro sint panno: cuius pre-
cium sic estimetur, vt due vlne de nigro, & tres de albo,
valorem scudati francie non excedant. **A. 74**
- C**uculle sint sine rugis. **B. 74**
- C**hlamide vti possumus, equitantes per ciuitatem. **B. 74**
- C**harte visitorum, leguntur tēpore generalis capituli, in de-
finitorio. **C. 38.**
- C**harte inscribi debent, excessus publici & manifesti, & ordina-
tiones, & debita conuentus, simul cum annuis pensionibus,
intra decennium venditis. **B. 45**
- C**harta legitur in conueutu, in festo Iohannis euangeliste, & fe-
ria secunda Pasche, presentibus omnibus professis. **C. 45**
- C**oquinā aut cellariū, nemo ingreditur: nisi cellarius, hospi-
tarius, resectorarius, & solatium infirmorum. **C. 68.**
- Q**uid coquatur, nemo interrogare debet. **B. 69**
- C**ibū omnibus preparatum, nemo recusare debet, nisi infirmi-
tate cogente. **C. 69**
- D**e cibo aut potu murmurare: nō est cōsuetudinis nostre. **C. 69**
- C**ellam alterius, nemo ingredi debet, neq; ingressum alicui
pandere. **C. 113.**

Cellam

Index statutorum.

Cellam aut cameram, extra dormitorium, nemo habere debet.

C. 113

In cellis vacantibus, silentium seruatur. C. 114

**Extra cellam qui ociose aut superuacane circumueunt : singula-
ri custodia celle, aut utili occupatione restringantur. R. 102**

Cellarius vnus ex conuersis, aut alius fidelis, procuratori in
solatium datur. **A. 68.**

**Cellarius in his que ad coquinam, braxatorium, & pistrinū spe-
ctant, procuratori subseruire debet. A. 68.**

Cellarius segetes mundare debet, per se vel per alium. B. 68.

**Cellarius in omnibus circumspectus sit : & contra procurato-
ris ordinationem, nihil agere presumat. A. 68.**

**Cellarius in his que agenda sunt : procuratoris cōsiliū requi-
rat, eiusq; obtemperet voluntati, A. 68.**

**Cellarius prospiciat, ne coci aut pistoris, negligenter quid agāt.
B. 68.**

**Cellarius procuratori ad memoriam reducere debet, que facien-
da sunt : & providere ne quid vsquā pereat. B. 68.**

**Cellarius (si quid deperierit) prostratus in genibus, veniam pe-
tat. B. 68.**

**Cellarium benignum & compatientem esse oportet : vt non
solum malis aliorum compati, sed & mala pati, & fratribus
sine murmure seruire sciat C. 68.**

**Si cellarius predicta omnia exequi nequiverit : quædam illorū
poterunt alijs committi C. 68.**

**Cellarium & coquinam nullus ingreditur : excepto priore, pro-
curatore cellario, & infirmario, cum propter infirmos opus
habet C. 68.**

Confessores a priore deputati, neminem a criminali absol-
uere possunt : nisi in periculo mortis. Et tunc tales tenen-
tur postea reconfiteri priori, si vexerint. **A. 60.**

**Confiteri possunt omnes superiori, priore absente, & ab eo ab-
solui etiam a criminalibus, sed tenentur omnes reconfiteri
priori**

Index statutorum.

- priori. A. 60
- C**onfiteri simili modo potest supprior seniori confessori. A. 60
- C**onfiteri debet prior suppriori, de mortali certo in itinere (quod absit) commisso. B. 60
- C**onfiteri tenentur omnes fratres priori ad minus semel in hebdomada, & conuersi in quindena. B. 60
- C**onfiteri tenentur priori, de via reuertentes. B. 60
- C**onfessorem qualemcunq; , nemo sibi eligere, presumat vigore priuilegiorū, aut indulgētiarū, absq; cōsensu sui prioris. A. 120
- C**onfessiones quarumcunq; extranearum personarum, nemo recipere presumat, aut illis sacramentum administrare, nisi de licentia capituli generalis. B. 120
- C**onfessores, confortare & monere possunt confitentes, sed non aliena conferre. C. 108
- C**ommunicaturi, conuersi & laici, abstinebunt a carnibus vna die, quando carnibus vesci licitū est, sed ante penthecosten & ante assumptionem beate Marię per duos dies. B. 142
- C**ommunionem sacram omnes fratres nō celebrantes, professi & nouitij, semel in quindena recipiant. C. 114
- C**ommunionem sacram, laicis & hospitibus procurator administrat. B. 115
- C**ommunionem sacram aut extremā vnctionem, hospiti alicui nemo administrat sine licentia sui curati. B. 115
- C**lausuram monialium, commissarij, visitatores, & rectores tā in gremio quā extra gremium, nullatenus intrēt, nisi secūdum formam statutorū. Nec vnquā intra clausuram manducare aut bibere presumāt. Nec ipsi, nec priorissa extraneas personas intrare permittāt, absq; necessitate aut euidenti vtilitate. Nec sic ingressi, vllō tempore intra clausuram manducare aut bibere presumāt. Si quis contrariū attentauerit: grauiissime a capitulo puniatur, aut ad domum reuocetur. B. 127
- C**ommissarij habita causa rationabili, licite proficisci possunt ad domos sibi commissas, sub expensis earundem. B. 123

Index statutorum.

- C**ommissariorum officium est : inuestire & profefsiones recipere, rectores & socios cum visitatorum consilio ordinare, & cum visitatoribus deputatis visitare : succinctius tamē quam in conuentibus virorum. **A.123**
- C**ommissiones monialium personales sunt, nec extenduntur ad successores. **B.123**
- C**ommissarij semel tantum in anno inuestire debent, & puellas ad professionem recipere. **C.123**
- C**ommissarij in suis domibus si personas idoneas non habent : tunc de consilio visitatorum assumere possunt, rectores & socios ex quacunq; domo, dummodo domus illa, per hoc non minimum destituatur. Alias visitatores ex alia domo neminem assumere possunt. **C.123**
- C**onstitutiones non obligant nos ad culpam, sed ad poenam : nisi propter preceptum vel contemptum. **C.29**
- C**onstitutionibus aliquid addere vel in eis mutare nemo presumat. **A.29**
- C**onstitutiones legi debēt integraliter singulis annis in refectorio. Insuper secunda & tertia pars in domo capitulari ab adueutu domini, &c. **A.31**
- C**um constitutiones siue statuta in domo capitulari leguntur, si quid occurrerit minus seruatum, emendetur : aut priori superiori vel visitatoribus infinuetur. **B.31**
- C**onstitutiones nouę scribantur sub titulo, de diuersis statutis, siue constitutionibus. **A.38**
- C**onstitutio nulla, libro inscribatur, nisi per tria capitula continua fuerit confirmata. **A.38**
- C**onstitutiones confirmate nunquam retractentur : nisi necessitate urgente. **A.37**
- C**onstitutiones ad rigorem ordinis pertinentes, non destituantur, nisi per tria capitula continua. Interim tamē seruētur. **B.37**
- C**onstitutiones minores in primo vel secū. caplo destitui possunt. In sequenti tamē capitulo approbētur vel reprobentur. **B.37**

Constiti

Index statutorum.

Constitutio aliqua quando incipitur, approbatur vel confirmatur, scribi debet. A. 37

Consuetudines domorum laudabiles, leuiter a prioribus mutari non debent. C. 30 *Domus. nra habentur descripta. 28.*

Cōsuetudo nulla cōtra cōstitutiones capituli tolerari debet. A. 31

Colloquium commune quater in anno seruatur. C. 61

Chorum sub matutinis exeuntes non reuersuri, paucis verbis licentiam petant. B. 97

Chorum fratres intrare possunt quādo conuentus inclinatur, dūmodo maneant in vltimis sedibus. B. 93

Chorum exire nemo debet absq; licentia, quousq; omnia terminentur. C. 92

Chorum exire precipue vitamus sub Te deum, Magnificat, Epistola, Euangelium, Sanctus, & Agnus dei. A. 93

Chorum intrantes, capita nudant, ad sanctuarium inclinant, & nudo capite ad sedes suas vadunt. A. 93

In choro quāmdiu prosternimur vel inclinamus, ab omni strepitu cauemus, & nemo per chorum ire debet. B. 93

Per chorum cum transimus, si dicitur Gloria patri, inclinamus: sed non celebrantes. B. 93

Quāuis secundū regulā in omnibus motibus nostris, nihil fieri debet quod cuiusquā offendat aspectū: hoc tamen maxime in choro & refectorio seruandum est. C. 93

In choro tibias extēdere vel cācellare cauendū est. Cætera quoq; membra decet nos ab omni inquietudine custodire. A. 94

In choro folia vertere vel alia peruidere cauendum est, maxime quando inclinamus, vel aliquid a duobus singulariter recitatur, vt collecta, capitulum, lectio, epistola, &c. A. 94

In choro, cum alicui sedes vel aliud quid cum strepitu cadit, ad formam veniam accipit. B. 94.

In choro nō inclinans, aut aliud quod facere debeat nō facit nisi ab astāte cōmonitus: manu ad pavementū veniā accipit. B. 94

Quorsus beatę Marię quando in choro dicendum est. C. 96

Index statutorum.

- C**ultellus aut vestis aut aliud quid si alicui mittitur, nō ei cui mittitur, sed alteri potius datur. B. 75
In cultellis & cultellorum corrigijs, & cingulis, & in omni vsu nostro, nihil curiosum aut preciosum apparere debet. A. 75
Curiam romanam nemo adire debet, sine licentia capituli generalis. A. 47
Conuerſi quomodo, & qui recipiendi sunt, & quid eis proponendum. B. 131
Conuerſi ad ordinem clericorum non suscipiantur. B. 131
Conuerſorum professio. C. 132
Conuerſorum vestes quales esse debeant. B. 133 *Cōp. p. vi. 10. c.*
Conuerſorum officium diuinum. A. 134
Conuerſi pro matutinis trium lectionum, sexies orationem dominicam & salutationem angelicam dicunt, cum Gloria patri, &c. In festis nouem lectionum addunt adhuc sexies orationem dominicam, &c. Ad reliquas vero horas, quinquies orationem dominicā & salutationem angelicam dicunt. Sed ad vesperas quinquies. C. 134
Conuerſorum obedientia cunctis obseruātis preponitur. B. 134
Conuerſi sciāt se in hoc apud deum gradū acquirere bonum, si proprię quieti aut commodo, rem communē preferāt. C. 136
Conuerſi laborare nolentes, quomodo tractandi sunt. A. 137
Conuerſos aliosq; laicos procurator instruere debet. B. 137
Conuerſorum silentium. C. 137
Conuerſorum capitulum culparum. A. 139
Conuerſorum refectio, ieiunium, labor, &c. A. 140
Conuerſi sepi⁹ q̄ bis in die māducare nō debēt. Si autē foras missi sepi⁹ māducauerit: reuerſi, priori causā indicare debēt. C. 140
Conuerſi non exeunt aut proficiscuntur absq; socio. A. 141
Conuerſi foras missi, quot diebus absq; rationabili causa tardauerint: tot disciplinas recipiunt. B. 141
Conuerſi foras missi, vitare precipiuntur iuramenta, fraudes, mendacia, & similia. B. 141

Conuerſi

Index statutorum.

- Conuersi de via redeūtes, statim priori vel procuratori de negotio pro quo missi fuerant, rationem reddant. C. 141
- Conuersi pecunias habere non debent C. 141
- Conuersi confiteantur ad minus semel in quindena. A. 142
- Conuersi cōmunicent in natiuitate domini, in festo Epiphanię, Purificationis, semel inter Purificationem & Annunciationē Marię, in Coena domini, in Pascha, in Ascensione, in Pēthecoste, in festo sacramenti, Semel aut bis inter festum Sacramenti & Assumptionem beate Marię, in Assumptione, in Natiuitate Marię, in Dedicacione ecclesię. A. 142
- Conuersi & laici abstinere se non debent a communione absq; licentia. B. 142
- Conuersi quando radendi aut minuendi. B. 142
- Conuersi pro fratre defuncto in domo propria, legunt centies & quinquagies psalmū Miserere cum Requiem eternā. Qui hunc nesciunt, cccxxx dicunt orationem dominicam & salutationem angelicam. Pro tricenario, centies & quinquagies orationem dominicam: pro anniuersario, decies psalmum Miserere, vel vigesies quinquies orationem dominicam. Idē faciunt & pro fratribus ordinis defunctis. A. 143
- Conuersi non petant sibi foris concedi libros. C. 143
- Conuersi soli cum mulieribus non loquantur, nisi in loco aperto, vbi ab alijs videri possunt, excepta matre vel sorore. C. 143
- Conuersus vices alterius agens, in quacunq; obedientia: nihil mutare debet absq; licentia speciali. C. 143
- Conuerso si cultellus aut vestis aut aliud quid mittitur: non illi sed alteri potius dandum est. A. 144
- Conuersi cellam nemo ingredi debet. A. 144
- Conuersi non debent leuiter intrare vel ingredi vbi conuentus congregatus est. A. 144
- Si conuerso licētia negata fuerit, debet hoc indicare, si postea ab alio petat: alioqui vt fraudis reus corrigatur. A. 144

Index statutorum.

- Conuersorum cellas & officinas prior & procurator interdum
visitent. B. 144
- Conuersorū statuta leguntur in eorum refectorio vel alibi. B. 31
- D**eposita, pecunias, aut clenodia quęcunq; fratres aut sorores
nullo modo recipere debent aut custodire. B. 63
- Deposita notabilia, sciant cum priore, etiam superior, procurator
& frater consiliarius. A. 63
- Deposita expendi nō possunt absq; consensu deponentiū. A. 63
- D**efinitorum electio. C. 34
- Definitoribus electis & publicatis: proponuntur proponenda,
& stat qui proponit. B. 35
- Definitores cum signum datur, statim accedant. C. 35
- Ex definitorio si quis exire opus habet: accepta licentia exeat, &
quāprimum redeat. A. 36
- Quōd definitum fuerit a maiori parte: autoritate capituli, plenam
habet firmitatem. B. 36
- Quę a definitoribus facile terminari nequiuerint: alijs examinanda
committuntur. C. 36
- Definitores ad se vocare possunt quoscunq; voluerint. C. 36
- Si definitori aliquis causam pro se aut domo sua habuerit: exire
debet. B. 37
- Definitōnes secum sumere debent priores. B. 39
- D**isciplinam accipiens, ambas scapulas denudet, & interim ceteri
facies suas operiant. A. 103
- Disciplinas vel abstinētiās quę cōmunis nostrę institutionis nō
sunt, facere absq; licentia nemini licet. C. 112
- D**ispēsare visitorib⁹ inhihetur in preiudiciū statutorū. B. 49
- Dispensare prior potest, in exercitijs & obseruantijs corporalibus. B. 29
- Dispensatione etiam prior vti debet. B. 29
- Dispensatione continua vtens ab horis regularibus aut alijs cōmunibus
constitutionibus: carebit voce capitulari. B. 29
- Dispensatio super defectu natalium, quo ad dignitatis & curę
animas

Index statutorum.

- animarum receptionem, & administrationem reseruatur capitulo generali. **C. 119**
- D**ispensatio visitatorum, publicetur viuę vocis oraculo, vel notorię in scriptis relinquatur. Alioqui nullius erit roboris. **B. 49**
- D**ispensatio visitatorum non durabit, nisi vsq; ad proximam visitationem. **C. 49**
- D**omus noua non recipiatur, nisi sufficienter dotata fuerit, & bene prouisa. **A. 41**
- I**n domo noua, rector idoneus per capitulum deputetur. **B. 41**
- I**n domibus nouis imperfectis, numerus personarum constituendus est. **B. 41**
- D**omus nostrę colligationis sic disponatur: vt non pateat liber accessus ad ambitum aut dormitorium. **C. 109**
- I**n nouis domibus, mulieres quantocius excludantur. **A. 49**
- D**ormitioni maximum impēdendum est studium. Et vigilias ultra septimam horam nemo protrahere debet. **A. 114**
- D**ormire absq; tunica nemo vnquamę presumat. **B. 73**
- I**n dormitorio, si quis opus habet surgere, aut quoquamę exire: summa quiete id fiat. **C. 114**
- I**n dormitorio, maximum seruandum est silentium, presertim post completorium. **A. 114**
- E**xtra dormitoriū nullus cellam vel camerā habere debet. **C. 113**
- D**ormitorium diligenter obserandum est, maxime in tempore nocturno. **A. 114**
- D**ormitorium nemo ingredi debet, a completorio vsq; ad primas, absq; necessitate. **A. 114**
- D**onati cum magna discretionē & cautela recipiantur. **C. 144**
- D**onatorum numerus ultra quatuor aut quinq; non excedat. **A. 145**
- D**onati non ad ocium, sed ad laborem vocantur. **A. 145**
- A**d donatorum statum, clerici non recipiātur absq; licētia. **B. 145**
- D**onati quomodo recipi & quid promittere debeant. **C. 145**

Index statutorum.

- Donatus** resignet omnia sua presentia & futura. **C. 145**
- Donatus** de sibi commissis, rationem reddere debet, quoties sua per his requisitus fuerit. **C. 145.**
- Donatorum** habitus. **A. 146**
- Donati** diebus festis, missæ conuentuali, vesperis, completorio & collationi interesse debent. **A. 146**
- Donati** semel ad minus in quindena confiteantur : sed communiceant secundum ordinationem prioris. **A. 146**
- Donatorum** orationes quotidianæ. **B. 146**
- Donati**, fratres laici, & sorores familiares, seruare debent inter se fraternitatem, & pro singulis defunctis legere debent quinque miserere, aut vigesies orationem dominicam & salutationem angelicam. **B. 146**
- Donati** in diebus generalis discipline, culpis suis dictis, disciplinam recipiant. **C. 146**
- Donati** si rebelles aut incontinentes, &c. inuenti fuerint, capi, ligari, & incarcerari possunt. **A. 147**
- E** Leemosinas nemo detineat in defalcationem alicuius expositi : sed capitulo plenè tradat. Similiter & contributiones. **A. 33**
- E** Lectio vt cōgrue celebrari possit, mortuo priore, triduanū ieiunium inducitur, & preces frequentantur. **C. 50**
- Electiones** infra quadraginta dies fiant. **A. 51**
- Eligendi** licentia a priore superiore petēda est : exceptis qui tribus dietis distant a domo superiore. **A. 51**
- Licentia** pro electione semel data sufficit, donec sine potiatur optato. **B. 51**
- Electus** in alia domo interesse non debet electioni in domo suæ electionis, tanquā elector aut confirmator, excepto priore superiore. **C. 51**
- Ad** subdiaconatū nō promoti, nō professi, leprosi, criminosi, excommunicati, suspēsi, vel interdicti, nec eligere possunt nec eligi. **C. 51**
- Qui** vicesimum quintum annum ætatis suæ non attigerit, eligi non potest.

Index statutorum.

- non potest, neq; apostata aut criminofus. **C. 51**
- Qui per tres annos in ordine laudabiliter non steterit : eligi non potest. **A. 51**
- Eligi potest quilibet frater, excepto priore, rectore in gremio capituli, & superioris domus supprioris, procuratore, & fratre pro consilio deputato. **B. 51**
- Eligi potest in domo suę p̄fessionis, q̄ in alia domo prior est. **C. 51**
- Domus superior eligere potest etiam quemcunq; priorem. **C. 51**
- Prior qui non propter crimen depositus est, eligi potest in alia domo, sed non in domo propria. **C. 51**
- In electione ille preponendus est, quem communis fratrum cōsensus, vel maior pars elegit. **C. 51**
- In forma scrutini, tres scrutatores de collegio assumi debent, & scrutinium fiat in tali loco, vt ab omnibus possint videri, & non audiri. Scrutatores primum scrutabuntur seipsos, postea alios. **A. 54**
- Vnus scrutatorum adiurabit alios. **A. 54**
- Secundo, vniuscuiusq; votum in scriptis redigi debet. **A. 54**
- Tercio, vt vota publicentur. **B. 54** *betat hoc Cōcil Trident.*
- Quarto, vt collatio vocum fiat. **B. 54**
- Quinto, vt vnus maioris partis flexis genibus eligat, & electionem confirmari petat. **B. 54**
- Hęc omnia sub vno contextu fieri debent. **B. 54**
- Tres oppositionum termini seruentur, & differatur confirmatio saltem ad vnum diem naturalem. **C. 54**
- Si in electionis forma erratum est : potest electio repeti. **C. 54**
- Eligentes indignum : eligendi potestate priuātur, & ad reliquos electio deuoluitur. **A. 55**
- Si omnes eligunt scienter indignum : electio deuoluitur ad priorem superiorem, vel ad ipsos vocatos priores, si conuentui placuerit. **C. 54**
- Electio per formā compromissi fieri non debet, nisi omnes consenserint, nam vnus solus impedire potest. **A. 55**

Index statutorum.

- E**lectio per inspirationem videtur subornata. **B. 55**
- E**lectio etiam per viam mediam fieri potest, scilicet quod communi promissarii eum eligant, in quem maior pars consenserit, sed tunc vota fratrum non publicare. **B. 55**
- A**d electionem vocati priores non consentiant in indignū. **C. 55**
- E**lectionem inordinatam, priores reprobare possunt. **C. 55**
- E**lectionem a prioribus reprobata, alij priores nō admittāt. **C. 55**
- E**lectum ipsa domus vnde eligitur, reprobare non potest. **C. 55**
- E**lectus electioni de se factę, renunciare non potest, propter apostolicum mandatum. **A. 56**
- C**ontra voluntatem conuentus, prior auferri aut dari non debet nisi de consensu generalis capituli. **A. 56**
- E**lectus per priores vel per suppriorē & seniore[m] domus introducitur, & fratres obedientiam vouent. **B. 56**
- E**missis ex monasterijs inclusis ad monasteria non inclusa siue apud moniales residentes, visitatores designabunt terminos inclusionis. **A. 49**
- E**missi quacumq[ue] occasione, stabunt sub obedientia prioris domus ad quam mittuntur, & etiam sub inclusione, si domus illa inclusa fuerit, nec redeant sine capituli generalis licentia, sub pena carceris. **C. 48**
- E**missi in subsidium disciplinę aut reformationis, gaudere debent voce capitulari, & in victu & vestitu tractari vt frater domus. **C. 48**
- E**mitti nullus potest, extra tempus visitationis, ad habitandum in alia domo, nisi per capitulum generale, vel priorem superiorem. **C. 48. 123. C.**
- E**mittere visitatores neminem debent, nisi valde peruersum, & incorrigibilem. Et sic emissus, iuge silentium tenebit. **A. 48 B. C.**
- F**emine cum ad domos nostras venerint, prior in villa hospitium prouidet, & ibi necessaria ministrat. **B. 84**
- F**eminiis cibus & potus dari potest extra foras monasterij, cum moratur.

Index Statutorum.

- moraturę non sunt. B. 84
- Cum feminis licentiam loquendi absq; teste, prior non facile cōcedat, excepto procuratore. C. 84
- Cum feminis loqui nec prior nec fratres debent, nisi in loco aperto, vbi ab alijs videri possunt, excepta matre vel sorore. C. 84
- In feminarum hospitali, nec prior, nec fratres, nec laici prandere vel cenare p̄sumant vllō tempore. C. 84
- Feminis fratres non loquantur, nisi per cancellos, absq; speciali gratia & dispensatione. C. 84
- Femine cuiuscunq; ætatis vel conditionis, intra domorum nostrarum septa, fossatis vel signis quibuscūq; designata, ingredi non permittantur, sub p̄na, &c. A. 83
- Fundatrix integre domus, vel domina patrię cum sua comitiua intromitti potest, sed non ad dormitorium aut cellas. B. 83
- Femine ingredi possunt monasterium, quādo ecclesię primum dedicantur, sed longam moram facere ibidem non possunt, nec comedere vel dormire. C. 83
- In nouibus domibus vbi femine ex toto excludi nō possunt nulatenus ad officinas claustrī admittantur. B. 83
- Emoralia petentibus non negantur. C. 73
- Fugitiuos suos insequi & requirere, priores nullo modo dissimulent, etiam qualicunq; dispendio. C. 105
- Fugitiui & uagi, licentiam sui prioris ostendere non valentes, quocunq; venerint, sub firma custodia detineantur, & suis prioribus denuncientur. Qui si eos statim non reduxerint, soluant singulis hebdomadibus coronam francie, & precipitur tam danti quā accipienti, vt hanc taxam non diminuāt quoquo modo. Si vero priores statim diligentiam adhibuerint: soluant tantum expensas. A. 107
- Fugitiui aut aliī pro quarūq; culpa emissi, & incarcerati, quādiu in carcere fuerint, soluent singulis mensibus coronam francie. Si vero extra carcerē steterint: soluant singulis mensibus florenum

Index statutorum:

- florenum aureum renensem. Et huiusmodi taxam, nec dantes nec recipientes poterunt minuere. B.107
- Pro fugitiuis, alijsq; criminosis, vnaqueq; domus carcerem cōpedes, & manicas ferreas habeat. C.105
- G**rauis culpa est, si quis cum aliquo lites habuerit, aut in honestate contenderit, si opprobrium alteri dixerit, aut culpam pro qua satisfecit improperauerit. A.104
- Grauis culpa est, si quis proclamatus contumeliose responderit aut maledica verba protulerit. A.104
- Grauis culpa est, si quis discordiam seminauerit, seu detractor, vel susurrator inuentus fuerit. B.104
- Grauis culpa est, si quis mala de fratribus maliciose euomuerit, vel culpam suam vel alterius proterue defenderit. B.104
- Grauis culpa est, si quis mendaciū scienter dixerit, si quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit. B.104
- Grauis culpa est, si quis ieiunia ecclesie fregerit. Item si quis in honestum domus, vel fratrum, vel secretum aliquod extra neo reuelauerit. B.104
- Pro graui culpa, tribus diebus seruetur silentium, ter veniam petat ante singulas mensas, & ter recipiat disciplinam, & psalmi & venie, prout iustum videbitur. C.104
- G**rauior culpa est, cum quis per contumaciam vel manifestam rebellionem inobediens prelato suo fuerit, aut proterue cum eo contenderit. C.104
- Grauior culpa est, si quis procurauerit vt ipse vel alius a potestate sui prioris eximatur, seu ad extraordinariam iurisdictionē confugerit. C.104
- Grauior culpa est, si quis leue furtū commiserit, aut rem sibi collatam celauerit, vel proprium habere attentauerit. C.104
- Grauior culpa est, si quis per conpirationem, coniurationē, vel maliciosam cōcordiam, aduersus aliquem, presertim prelatū, manifeste se erexerit, seu falsum testimoniū dixerit, aut crimē quod probari non potest, imposuerit. Tales tanquā infames, secundū

Index statutorum.

secundum canones puniantur. C. 104

Grauior culpa est, si quis priorem suum, vel ordinem suum, vel domum suam euidenter diffamauerit. A. 105

Grauior culpa est, si quis de mala familiaritate notabiliter, suspectus fuerit, nec tamē a prelato admonitus desisterit. A. 105

Grauior culpa est, si quis manus violentas alicui iniecerit, seu percusserit, vel cultellum ad percutiendum euaginauerit, aut mortem aut incendium comminatus fuerit, aut damnum notabile intulerit, aliquidq; horum procurauerit vel latebrosa loca vel tempora ad talia explenda captauerit. A. 105

Grauior culpa est, si quis fugitiuus fuerit, & intra quinque dies penitens redierit. A. 105

Qui in huiusmodi culpis reus fuerit: ter in capitulo vapulabit, toties ad terram comedet, obediētiam si quā habet amitteret, voceq; in tractatibus capitularibus carebit, nec poterit ei restitui, aut aliqua obedientia committi, nisi per capitulum generale, aut per visitatores. B. 105

Grauisima culpa est, cum quis pro excessibus suis secundū distinctiones premissas, penitere cōtempserit. Talis carcerali custodiē est mancipandus, vescitur pane solo & potagio, ac ceruisia, nisi de gracia speciali prior aliud illi cōcesserit. C. 105

Grauisimam culpam incidit, apostata & fugitiuus intra quinque dies non rediens. Similiter & de lapsu carnis conuictus, incendiarij, aut aliter notabiliter damnosi, in magno furto deprehensi, mutilatores membrorum, aut enormiter ledentes aut vulnerantes, & casualis homicida. Voluntarius enim homicida, perpetuo carceri mancipandus est. A. 106

Hebdomadariorum ordo, a senioribus incipit. B. 80

Hebdomadarius sacerdos, si celebrare non potest, alium roget. C. 80

Hebdomadarius si absens fuerit: iunior sacerdos sibi proximus vices eius supplet, etiā si fuerit versicularius. Cuius ipse rursus vices supplebit. C. 80

Lectio nō legit nisi: C. 95

Subdia-

Index statutorum:

- S**ubdiaconus vnus si fuerit : ministrat ad omnes missas. Si plures fuerint : quisq; habet suam hebdomadam. A. 81
- S**ubdiaconus si non fuerit : diaconus ministrat in officio subdiaconi, & hebdomadarius primę missę in officio diaconi. A. 81
- S**i nullus diaconus aut subdiaconus fuerit, sed omnes sunt sacerdotes : hebdomadarius primę missę ministrat in officio diaconi, & sequens eum in ordine hebdomadarios in officio subdiaconi, nisi fuerit superior. B. 81
- S**i fuerint omnes sacerdotes: duo iuniores faciunt officium versicularij, sed non hebdomadarius. B. 81
- H**oris regularibus omnes interesse debent, etiam qui officijs deputati sunt. B. 92
- A**d horas cum pulsatur, omnes accurrere debent. C. 92
- A**d horas tarde veniens, veniam accipit. B. 93
- A**b horis regularibus si etiam per licentiam remanserit, debet in audientia omnium in capitulo hoc indicare. C. 102
- A**b horis si quis sine licentia remanserit, debet causam indicare. C. 102
- H**ospitarius fit vnus de conuersis vel alius, qui omnibus aduenientibus honorem congruū impendere possit. A. 84
- H**ospitarius exhortatur hospites vt eant ad orationem. A. 84
- H**ospitarius non introducit hospites vbi fratres sunt, sed nunciat de eis priori. A. 84
- H**ospitarius interrogare nõ debet de rumoribus sæculi, sed magis exhortari debet hospites ad contemptum mundi & emendationem vitę. A. 84
- H**ospitarius debet hospitem pedes lauare, vel aquam illis apponere. B. 84
- P**ro hospitem dormitione, culcitre & lecti haberi possunt. B. 84
- A**d hospites nullus fratrum ingreditur dum comedunt, excepto procuratore. C. 84 72. B.
- I**eiunium ad instantiam hospitem non relaxamus. A. 112
- I**eiunium regulare, &c. exceptis infirmis & debilibus & his cum qui

Index statutorum.

- cum quibus prior propter aliquam rationabilem causam dispensauerit. **C. 111**
- Ieiuniū nō seruamus in maio. dupli. ferijs sextis occur. &c. **C. 111**
- Ieiunium regulare seruatur in die animarum. **A. 112**
- Ieiunium non seruatur in intronisatione prioris, in professione & inuestitione alicuius, nisi fuerit feria sexta vel in aduentu. **A. 112**
- Ieiunandum quotidie in aduentu. **A. 112**
- Ieiunamus in cibo quadragesimali, in omnibus profestis beate Mariæ, in omnibus sextis ferijs, & ieiunijs ecclesiæ. **B. 112**
- Ieiunamus etiam in cibo quadragesimali feria secunda & tertia post quinquagesimam, domi forisq;. **B. 112**
- Ieiunamus cum lacticijs in die Marci, feria secūda & tertia rogationum, & in profestio sacramenti. **C. 112** *in tempore nri Aug. 24*
- Ieiunium regulare, foras emissi, non tenentur seruare, exceptis ferijs sextis, & in aduentu. Lacticijs tamen vti non prohibentur. **B. 116**
- I**nfirmorum cura vni ex fratribus vel conuersis committi debet, vt ipse a cellario petat, quod cuiq; opus fuerit. **C. 70**
- Infirmarium oportet esse misericordem & compatiētem. **C. 70**
- Infirmi superflua petere non debent, nec sibi seruientes contristare. **C. 70**
- Infirmi cogitant sicut sani a sanis, ita etiam egroti ab egrotis secularibus distare se debere. **A. 71**
- Infirmarius libros pro horis dicendis, & sacra lectione provide re debet, & cum necesse fuerit, coram infirmis per se vel per aliam horas aut sacram lectionem legere. **A. 71**
- Infirmarius aliquem ex laicis in solatium infirmorum habere potest, qui non facile ab infirmo diuertet, nisi sciente & cedente infirmario. **A. 71**
- Infirmarij est, cum ingrauescere ceperit languor, priori indicare vt communis pro infirmo fiat oratio. **B. 72**

Index Statutorum

- I**nfirmi continue lecto decumbentes cum sibi seruientibus licite loquuntur. Qui vero infirmitorii interdum egrediuntur silentium seruant a completorio vsq; ad primas, sub horis quoq; regularibus, & sub refectione sua. **B. 71**
- I**nfirmarius caueat, ne dictis temporibus tales infirmos visitet, sed ipsi infirmi magis tunc se spiritualibus exercitijs studeant occupare. **C. 71**
- I**nfirmi eiusmodi, cæteris temporibus, non nisi in infirmitorio loqui possunt: sed non cum extraneis. **C. 71**
- I**nfirmis, fratres loqui non possunt absq; licentia. **A. 72**
- I**nfirmarius insinuare debet infirmis, si in capitulo orationes aliquę iniunctę fuerint, aut in ipsos aliquid proclamatum. **A. 72**
- I**nfirmarius cernens opus non esse vt infirmi diutius in infirmitorio maneant: debet hoc priori indicare. Potest tamen prior adhuc gratiã infirmo prestare, si op^o esse perspexerit. **A. 72**
- I**nfirmarius tempus minutionis priori indicare debet, & procuratorem premonere, vt fratribus aliquid cibi melioris procuret. **B. 72**
- A**d infirmos nullus fratrum ingreditur dum comedunt: excepto infirmario & ministri eius. **B. 72**
- I**nfirmi lintheaminibus non vtantur, nisi propter notabilẽ causam prior eis concesserit. **B. 73**
- I**nfirmis potest prior concedere lectos de plumis, sed sanis nequaquam. **B. 73**
- I**tnerantes extra viam notabiliter diuertere nõ debent. **B. 116**
- I**tnerantes cum redierint, statim oratorium petunt, ac deinde de conuentum non exeant, pecunias si quas habent, priori resignent, rumores quoq; sæculi fratribus non referant, sed ibi dimittant vbi audierunt. **C. 116**
- I**n itinere existentes, tam priores quàm fratres (si commode possunt) missam audiant, nec proficiscantur in dominica die aut diebus festis, nisi propter necessitatem, aut euidentem vtilitatem. **C. 59**

Index statutorum.

- P**roficisci extra monasterium priores suos fratres nō permittāt absq; urgente necessitate, aut euidente utilitate. **C. 115**
- P**rofecturi & pernoctaturi benedictionem accipiunt. **C. 115**
- I**terantes ultra vnam dietam, literas testimoniales sui prioris habere debent, excepto procuratore. **A. 117**
- A**bsq; socio religioso, nemo ambulare aut alicubi permanere p̄sumat. **A. 116**
- L**aici tanto frequentioribus admonitionibus indigent, quāto minus literas norunt. **C. 67**
- L**aici in p̄sentia prioris & conuentus, aut coram notario & testibus, aut tantum coram fide dignis, resignabunt se purē & simpliciter propter deum, promittentes se quāmdiu ibi māserint in excessuum suorum correctione & in omnibus iniungendis, obediētes, & domui fideles esse, velle, & debere. **C. 147**
- L**aici familiares absq; proprietate viuere debēt, nec pecunias habere possunt absq; prioris sui licentia. **C. 147**
- L**aici pro scādaloſis & enormib⁹ excessib⁹, expelli possunt. **A. 148**
- L**aici expulsi aut sponte recedentes, nil mercedis pro factis laboribus exigere possunt. Si quē tamen bona in primo ingressu apportauerunt: illa restituntur eis. **A. 148**
- L**aicis conuentus victum, vestitū, & cetera tribuere debet quādiu in monasterio seruiuerint; nec propter senium aut infirmitatem expelli possunt. **A. 148**
- L**aicus seruilis conditionis non recipiatur, nisi prius libertatem fuerit adeptus. **B. 148**
- L**aici ministrantes ad missas priuatas, vtantur superpellicijs, vbi commode possunt. **B. 148**
- L**aici literas discendo, opera sibi commissa non negligant. **B. 143**
- L**ector aut seruator si defuerit & alium non rogauerit, locum seruatoris precedens, & locum lectoris, sequēs suppleat. **C. 110**
- L**ector mensē providere debet quid legendum erit, nec debet lectionem inchoare, priusquā strepitus residentium con-
- N
quiescat

Index statutorum.

- quiescat. B. 110
- L**ectori mensē, licitum est aliquid gustare, priusquam fratres refectorium intrent, & ante cenam vel collationē bibere. C. 110
- L**ector omnia legere debet aperte & distincte vt possit intelligi, & tali voce, vt possit audiri. C. 110
- L**ector aurem accommodet correctori. C. 110
- L**ectiones & homilię, quomodo & a quibus legendę sint. C. 110
- L**ectiones viua voce, aperte, & distincte legendę sunt, & attentę, & sine strepitu audiantur. A. 96 *lectio an abulatioez 112*
- H**ecti plumati in dormitorio, vel lintheamina, nullatenus concedantur. B. 73
- L**ibri bibliorum quando in refectorio incipiendi sunt. C. 79
- L**ectis in die dominica (quādo de sanctis cantatur) quę ad festū pertinet, legitur homilia dominicalis in refectorio. B. 79
- L**ibros quos a librario accipimus, omnem diligentiam curamq; adhibere debemus, ne sorde aut puluere maculentur. C. 81
- L**ibros nemo sibi foris concedi petat sine licentia. A. 82
- L**ibros noui ac veteris testamenti, nemo corrigere præsumat. A. 82
- L**ibros lutheri, eiusq; sequacium, legere aut penes se detinere aut custodire, nemo præsumat, sub pēna carceris. A. 82
- L**ibrarius omnes libros monasterij, ad diuinum officium non spectantes custodit, & breui annotatos habere debet. C. 81
- L**ibrarius singulis annis bis aut ter libros exponere & recensere debet. C. 81
- L**ibrarius signat libros cum extra domum accommodantur & cyrographum (si opus est) recipit. C. 81
- L**oqui possumus ad inuicem in præsentia prioris. A. 109
- L**oqui possumus cum hospitibus, cum licentiam habuerimus, in locis licitis, sed non infra horas regulares, neq; post primū pulsū refectionis aut collationis. B. 109
- L**oquendi licentia communis, nulli extraneo vel hospiti conceditur, neq; fratri communis licentia loquendi cum hospitibus nisi

Index statutorum.

- bus, nisi per capitulum generale. **C. 109**
- L**oqui possunt vbiq; & semper fratribus, prior superior, & visitatores tempore visitationis. **C. 109**
- L**ineis ad carnem non vtimur, exceptis lintheis, quibus caput regimus tempore dormitionis. **B. 73**
- L**iteras capitulo generali, aut priori superiori missas, nemo aperiat. **B. 33**
- L**iteras conuentui missas, prior non aperit, nisi præsente superiore vel procuratore. **C. 63**
- L**iteras aut schedulam nullus fratrum mittere ac recipere poterit, aut legere per se interpositamve personam, sine licentia prioris. **C. 63**
- L**iteras procurator mittere vel recipere potest, de his duntaxat quæ ad suum spectant officium. **C. 63** *Nullus ois iterd. so. B.*
- M**anus nostras vbiq; sine cappa sumus iunctas habere congruit, nisi aliquid tenendum vel agendum fuerit. **C. 93**
- M**anducantes in domibus secularium, aut cum hospitibus inclinationes in benedictionibus seu gratiis non obseruamus. **C. III**
- M**ercenarii pro domus ministerio admitti possunt, quorum curam procurator habet. **C. 148**
- M**ercenariis predicendum est, vt secundum precepta dei viuant, vsuram, lucra illicita, &c. fugiant. **A. 149**
- M**ercenariorum societas, si nociua aut scandalosa fuerit: data mercede, etiam ante tempus dimittantur. **A. 149**
- M**inima negligens, paulatim defluit. **C. 29**
- M**inutiones, quinquies in anno fiunt. **C. 117**
- I**n diebus minutionum, rigorem silentij non seruamus ad inuicem, nisi a completorio vsq; post primas, & infra horas regulares, & post primum signum refectionis, & tempore studij, & in locis silentio deputatis. **B. 118**
- P**rima die minutionum vsq; ad primum signum vesperarum, foris remanemus. Alijs diebus post horam introrsum redimus. **B. 118**

Index statutorum.

Missę priuatę post primas vel tercias fiant, alias non sine licentia, excepto priore & procuratore. **C.** 100

De missa conuentuali, & quomodo fratres se in ea habere debeant. **C.** 98. *Missas nemo assumat aut legat pecunias datus. B. 78*

In missa post Sanctus vsq; ad Agnus dei, ampliori studio quieti insistendum est, & cordis nostri intentio, ad deum eleuanda, redemptorisq; beneficia recolenda sunt. **A.** 100

Monialium domus nulla de cætero assumatur, propter interdictum apostolicum. **C.** 41

Moniales, quando duę missę cantandę sunt, vnā tantum cantant, iuxta arbitrium rectoris. **C.** 125

Apod moniales, nemo habitum religionis suscipiat, nisi de licentia capituli generalis, & susceptus non obedientiam priorisq; sed rectori eiusq; successoribus promittit. **B.** 126

Monialis admitti nõ debet ad professionem ante decimum septimum annum inchoatum. **A.** 128

Moniales extra gremium cõstitutę, protestari debent coram visitatoribus & commissarijs, nihil se acturas cõtra statuta & priuilegia nostra, in electione quorumcunq; membrorum capituli, ad officium prioratus, suppriorat^o, & procuratoris. **B.** 124

Mutare vel addere in statutis nemo quicquã potest. **A.** 29

Negatum si cui aliquid fuerit: indicare hoc debet, si postea ab alio petierit. **C.** 29

Notarius per capitulum eligatur. **A.** 36

Nouiti non pro dignitate generis nec pro multitudine diuitiarum suscipiantur. **C.** 85

In nouitijs suscipiendis, maxima cautela & diligentia adhibenda est. **C.** 85

Nouiti quorum prauitas morum, vel cognatorum societas fratribus nociua foret, non suscipiantur. **A.** 86

In nouitijs considerari debent mores boni, & vt mansueti sint ac tractabiles, correptionisq; non impatientes. **A.** 86

Nouiti probandi sunt, vtrum in proposito sint constantes, ac
seculi

Index statutorum.

- sæculi pompis perfecte renuncient, per exercitia laboris, & humiliationis, per promptam obedientiam, per mortificationem proprię voluntatis, & per quelibet alia similia. **B. 86**
- N**ouitios ignotos, probabile testimonium non afferentes, ante probationem dimidiij anni non recipimus. **A. 86**
- A**d nouitiatum non recipimus, qui annum decimum octauum non attigerunt. **C. 86**
- A**d nouitiatum non recipimus clericum vel conuersum ex aliqua domo nostri ordinis. **C. 86**
- A**d nouitiatum non recipimus duos fratres germanos aut sorores, nec patrem cum filio, aut matrem cum filia. **C. 86**
- A**d nouitiatum non recipimus illegitimos, nec etiam sacerdotes sæculares, absq; licentia capituli generalis. **A. 87**
- A**nouitio nec vestis, nec quicquam exigatur, sub pęna absolutionis prioris & procuratoris, si exactio iam venerit ad effectum. **A. 87**
- N**ouitio ante inuestitionem dura queq; proponenda sunt. **A. 87**
- A**nouitio ante inuestitionem que interrogāda sunt, & quomodo suscipiendi sunt. **B. 87**
- N**ouitio prior predicit, quantas molestias sit passurus in ordine, in cohibendis proprijs voluntatibus, in obedientia seruanda, &c. **C. 87**
- N**ouitio prior predicit, quanta districtione, omnis obseruantia regulę & statutorum exigenda sit. **C. 87**
- N**ouitius induitur subtili sine manicis, propter distinctionem habitus. **C. 88**
- N**ouitius res suas omnes tradit priori, de quibus tamen ante professionem ordinare pro suo arbitrio potest, sed nō in domo propria. **C. 88**
- N**ouitius commendetur vni e fratribus boni testimonij, qui eū doceat, que in ordine seruanda sunt. **A. 89**
- N**ouitiorum magister doceat nouitium, quomodo ad priorem aut fratres loqui debeat, & reuerentiam exhibere, doceat eum

Index statutorum.

- mores seculares mutare, propriam voluntatem mortificare, nouum hominem induere, tentationes & secreta cordis sui, sepius manifestare. A. 89
- N**ouitius aliorum colloquiis se vltro ingerere non debet, ad interrogata, paucis & humiliter respondere potest. C. 89
- N**ouitius ad omnia conuentualia, vbi eum adesse oportet, tota alacritate accurrat. A. 90
- N**ouitiorum magister, debet quotidianam nouitij conuersationem considerare, & docere eum flexis genibus veniam petere, &c. A. 90
- N**ouitius si in sacris fuerit, non accedat ad altare, nisi nostram consuetudinem didicerit. B. 90
- N**ouitij professionem ante expletionem anni absq; licentia capituli generalis non recipimus. C. 90
- N**ouitio nulla obedientia committitur: nec cum extraneo loqui facile permittatur. C. 90
- N**ouitij ad sacros ordines promoueri non possunt. C. 90
- N**ouitij si ante professionem obierint: id ipsum eis conceditur quod professis, sed kalendario non inscribuntur. C. 90
- A**d nouitiatum receptis, & ante inuestitionem defunctis, hoc ipsum etiam exhibetur, sed psalterium ex debito non legitur. C. 90
- A** nouitio nihil exigi debet, exceptis quæ pure & sponte, cessante omni pactione offeruntur, sub pena excommunicationis. C. 121
- O**bedientia omnibus obseruantijs preponitur. B. 134
- O**bedire capitulo generali, aut priori superiori qui contempserint, si priores fuerint, sit casus absolutionis, si subditi fuerint incarcerentur, aut alia condigna pena puniantur. B. 105
- O**bedientiarij siue officiales, absolutionem in conuentu petere non præsumant, exceptis suppriori & procuratore. C. 67
- O**rdinationes Domus Rub. vallis, 28. **O**culos

Index statutorum.

- O**culos nostros ita custodire conuenit, presertim in choro & refectorio, ne nobis vel alijs distractionis afferant vel murmuris. **C. 93**
- O**fficijs deputati, loqui possunt cum sibi subseruientibus, vsq; ad completorium, sed non infra horas regulares. **A. 109**
- O**fficia quando laicis committuntur, diligenter instruendi sunt vel modus officij eis prescribendus. **C. 68**
- O**nus missarum aut vigiliarum, prior aut conuentus assumere non potest, nec etiam pytantias annuas absq; licentia capituli. **C. 61** *Ordo in Conuentu quis tenendus A. 92.*
- O**peribus iniunctis insistimus, presertim scribendis libris, post primas vel tercias, & post refectionem, vsq; ad primum signum vesperarū. Qui autem his temporibus ociose & inquiete circuerint, culpam dicant, aut accusentur, & si prior viderit, corripiat eos. **B. 108**
- O**peri alicui mancipati, vt emendandis vel compingendis libris, &c loquuntur cum cooperantibus, vsq; ad signum stus dñi, sed non cum superuenientibus. **C. 108**
- O**pus sibi iniunctum perficere recusans, aut qui in aliqua obseruantia notabiliter aut frequenter excesserit, & in emendatione negligens fuerit: grauioribus verberibus, aut alio quocunq; modo emendetur. **B. 102** *Organa nō assumēda. C. 94.*
- O**rdinarius diuini officij quomodo legi debeat. **C. 31**
- P**ortarius vnus de conuersis vel familiaribus constituatur, qui mansionem iuxta portam habere debet. **B. 82**
- P**ortarius deforis aduenientes, nullo modo contristet. **C. 82**
- P**ortarius horam constitutam claudēdi portam obseruet, & interim non facile intromittat vel emittat. **C. 82**
- P**ortarius, pauperibus elemosinas distribuit. **C. 83**
- P**ortarius, mendicos & vagos intromittere non debet. **C. 83**
- P**rebendarij absq; capituli licentia non admittantur. **A. 149**
- P**redicare verbum dei publice, nemo presumat. **A. 120**

Index statutorum.

- P**receptum obedientie habetur pro iuramento. **B. 43**
- P**riuilegia a sede apostolica, vel ab alijs nemo impetrare debet in preiudicium capituli. **A. 47**
- P**rior superior, proficisci potest, & mittere, atq; ad se vocare in causis capituli, quos vult, salua forma inclusionis. **C. 40**
- P**rior superior rationem in capitulo reddat eorum quæ infra annum concessit vel determinauit. **A. 40**
- P**riorum arbitrio relinquuntur ordinanda, quæ in statutis expressa non sunt. **C. 30** *Ipsi quoq; poenas p̄ trāsgressiōem ut. 21*
- P**riores a capitulo reuerfi, indicare debent fratribus definita capituli, quæ oportet & expedit eos scire. **B. 39**
- P**riores, quorum conuentus propter paupertatem diuiduntur, nouitios recipere non possunt. **B. 41**
- P**er priores viget vel deficit ordo. **B. 42**
- P**rior nouus professionem in capitulo generali facit, pro se & domo sua. **A. 57**
- P**rior de alia domo assumptus, & sine crimine cedens, potest ibidem manere & profiteri, si priori domus placuerit. **A. 57**
- P**rior absolui cupiens, habita autoritate prioris superioris, conuocabit duos de vicinioribus patribus. **B. 57**
- P**riori aut rectori de alia domo assumpto, si aliqua hereditas aduenerit: relinquetur illi, quàm diu ibi presuerit. **B. 57**
- P**rior ab omnibus in reuerentia habeatur. **A. 58**
- P**riori fratres assurgere debent, & inclinare, ac stantes permanere, etiam in capitulo, sed in choro de sedibus suis inclinare, in refectorio etiam capita nudare. **B. 58**
- P**riori aliquid porrigens, inclinare debet. **B. 58**
- C**oram priore, omnis morū disciplina seruanda est, & nunquam verbum contra modestiam proferendum. **C. 58**
- P**rior omnibus exemplum discipline prebeat. **C. 58**
- P**rior accepta potestate non abutatur. **C. 58**
- P**rior tanto magis seipsum in omni disciplina cohibeat, quantum ab alio

Index statutorum.

- ab alio in monasterio cohiberi non possit. **C. 58**
- Prior a disciplina claustrali exemptus non est. **C. 58**
- Prioris vestimenta & lectisternia a cæteris differre non debent. **C. 58**
- Prior horis canonicis interesse studeat, & a capitulo se non subtrahat. **C. 58**
- Prior quibus diebus officium in choro facere debet. **C. 58**
- Prior in locis silentij, silentium teneat. **A. 59**
- Prior in refectorio cum cæteris, & sicut cæteri comedat. **A. 59**
- Prior, si quoquàm proficiscitur pernoctaturus, supriori vel procuratori causam indicare debet. **B. 59**
- Prior ab aduentu vsq; ad epiphaniam, & a quinquagesima vsq; ad octauas pasche, sine consilio conuentus ultra vnam noctem nusquàm proficiscitur. **B. 59**
- Prior & fratres ad nuptias & primas missas seclularium nõ eant, nec pueros de sacro fonte leuent. **B. 59**
- Priores & fratres, dum in itinere sunt (si commode possunt) missam audiant. **C. 59**
- Priores & fratres non proficiscantur in dominica aut diebus festis, nisi propter necessitatem aut euidentem vtilitatẽ. **C. 59**
- Prioris est beneficia insinuare & orationes iniungere. **C. 59**
- Prioris est errores legentium emendare, vel alteri committere. **C. 59**
- Prioris est, de vno choro in alterum adiutorium mittere. **C. 59**
- Prioris est, confessiones fratrum audire, & etiam aliquos ad hoc deputare. **C. 59**
- Prioris est, inuestire fratres, & ad professionem recipere. **C. 60**
- Prioris est, si magnum quid vel graue tractandum fuerit, fratres capitulares conuocare, & vota eorum audire, & quod maior pars determinauit exequi. **C. 60**
- Prioris pars preualet, si vota equalia fuerint. **A. 61**
- Contra priorem vel sanio rem partem conuentus, qui suam vel

Index statutorum.

alterius sententiam, contentiose defendere presumpserit: a
cōmunibus tractatibus excludatur, & grauius puniatur. A. 61

Prior aut conuentus, bona immobilia, aut redditus qualescunq;
ex bonis monasterij non vendat, nec possessiones pro per-
petua pensione conducat, absq; licentia capituli genera-
lis. A. 61

Prior estructuras nouas non erigat, si domus vltra medietatem
redituum, debitis grauata fuerit, viginti qninq; scudatorum
antiquorum impensas requirentes, absq; licentia capituli
generalis. B. 61

Prior aut procurator, aut conuenus, si contra quod, premittitur
fecerint, puniantur, vt in statutis, &c. B. 61

Prior tales fratres singulis obedientijs deputet, quorum sollici-
tudini secure committi possint. Qui etiam obedientiarij, de si-
bi commissis, sepius cum priore conferat. A. 62

Prior obedientias plures vni persone committere potest, sed nō
supprioratus aut procurature. A. 62

Prior etiam in se non assumat onus procurature, nisi de licentia
capituli generalis. B. 62

Prior rerum externarum curam & personarum, que de ordine
non sunt, abijcere non debet. B. 62

Prior ad vsum suum nihil proprium retinere debet. B. 62

Prior si que expendere habuerit, de communi accipiat, & de
his per se vel procuratorem rationem reddat. B. 62

Ad priorē donaria omnia vndecūq; proueniētia deferantur. C. 62

Prior vel procurator, aut conuentus, pro nullius debito fide iu-
bere debet, precipue tamen pro annua pensione alicuius be-
neficij. C. 62

Prior, supprior, procurator, & frater consiliarius circa omnium
sanctorum, de communi statu domus simul conferunt. A. 63

Prior in quadragesima cellas fratrum visitare debet. B. 63

Priores testamentorum executionem in se non recipiant, absq;
licentia capituli generalis. B. 63

Index statutorum.

- P**rior literas nomine conuentus non sigillet, nisi de voluntate conuentus. **C.46**
- P**rior in præsentia hospitem legat benedicite & gratias, sed atq; in refectorio ad nolam, sed non in præsentia prioris superioris aut visitorum. **C.63**
- P**riori nemo fratrum detrahare præsumat, vel per se illum arguere, sed supriori aut procuratori intimare debet. Potest tamen frater quilibet, etiam priori, cum timore & reuerentia humiliter indicare, si quid in eo reprehensibile considerauerit. **A.65**
- P**rior si se non emendauerit: non arguatur in communi audientia, sed visitoribus aut priori superiori denunciatur. **B.65**
- P**riores nõ permittat fratribus procurare pecunias, quarum pretextu, conquirant sibi libellos, cultellos, potum, aut similia. **A.75**
- A**d prioris cellam nemo post completorium venire debet. **B.114**
- P**roprietarij secundum regulam & statuta, legitime puniantur. Insuper priuentur profectioibus, spatio sex mensium. Includi vero, per tantum tempus non accedant ad quoscunq; hospites. **C.107**
- P**roprietarij sine confessione defuncti, in cœmiterio non sepeliantur, & sepulti extrahantur, dummodo hoc manifeste repertum fuerit. **B.107**
- P**roclamare siue accusare nemo debet illum, qui se in eodem capitulo accusauit. **C.102**
- A**ccusatus accusantem eo die in nullo reprehendat, sed se totum ad emendationem exponat. **C.102**
- A**ccusare duo simul vnum nõ debent, neq; aliquis duos vel tres accusare debet. **C.102**
- A**ccusans, non querat circuitus verborum, sed simpliciter dicat, frater noster fecit hoc vel illud. **C.101**
- A**ccusatus si dicit se non fecisse: accusans non repetat, nisi interrogatus. **C.101**
- A**ccusatus, vel a priore admonitus, si impatienter nimis & fur-

Index statutorum:

- & furibunde respondet : ad tempus dimittatur, aut in contumacienti puniatur. **A. 102**
- P**rofitendi modus. **A. 91**
- P**rofessione facta : qui susceptus est, nullius prorsus rei nec sui quidem ipsius, sine prioris licentia potestatem habet. **A. 92**
- P**rofessi ordinem in conuentu tenent, quem suus cuique dedit aduertus, nisi ex causa quis preponatur aut supponatur. **A. 92**
- P**salmi distincte & tractim cantentur, ita vt in medio cuiuslibet versus plena & perfecta pausa fiat, & in fine versus non fiat protractio aut cauda. **B. 91**
- P**rocuratoris est, priori ad memoriam reducere, vt beneficia conuentui insinuet. **C. 59**
- P**rocurator diligenter scribere debet exposita & recepta. **A. 66**
- P**rocurator vniuersorum externorum curam strennue gerere debet. **A. 66**
- P**rocurator si quid magnum aut preter consuetudinem agendum est, semper ad prioris consiliu recurat, nec grande quid preter eius licentiam donare vel agere presumat. **A. 66**
- P**rocurator pecuniam non dabit in elemosinas ultra valorem floreni renensis vno anno. **A. 66**
- P**rocurator debita conuentus, quae cito potest, soluere debet. **B. 66**
- P**rocurator omnes redditus conuentus tempestiue recipere studeat. **B. 66**
- A**d procuratorem omnes ^{officiarij} obedientiarum in his quibus egent recurrere debent. **B. 66**
- P**rocurator cum familiaribus & mercenariis interdum capitulum teneat, quibus & semel in hebdomada exhortationem facere debet, nisi alteri fuerit commissum. **C. 66**
- P**rocurator quoties requisitus fuerit a priore, de singulis sibi commissis, rationem reddere debet. **C. 66**
- P**rocuratoris est, si quid foris inordinate fieri videt reprehendere : & ille qui reprehenditur, veniam ab eo postulare debet. **C. 66**

Index statutorum.

- P**rocurator confessiones laicorum audit, & communionem sacram administrat: nisi alteri fuerit commissum. **A. 67**
- P**rocurator temporibus silētij, cū fratribus loqui nō debet. **A. 67**
- P**rocurator animalia emere & nutrire, quātum sine peccato potest, non prohibetur. **A. 67**
- P**rocurator terras cōducere vel elocare, & similia, aut mercenarios conducere, sine prioris consilio non debet. **A. 67**
- P**rocurator, si quoquā ire opus habet: priori causam indicare debet, & tunc socius deputatus, deferet procuratori. **A. 67**
- P**rocurator quāuis cum martha turbari habet erga plurima, cellę tamen quietem abñcere non debet: sed in ea tanquā ad tutissimum & quietissimum portum recurrere, turbulētesq; animi sui mot^o sedare, & in arcano pectoris sui aliquid quōd sibi commissis eructare possit recondere. **B. 67**
- P**rocurator si negligens, prodigus, aut contumax inuentus fuerit: ad cellę custodiam reuocetur, vt qui nequit alienam, salutem suam operetur. **C. 67**
- P**rocurator singulis annis computationem faciat, & de omnib⁹ debitis & creditis rationem reddat. **C. 67**
- P**rocuratoris destitutio, solum spectat ad priorem. **C. 67**
- P**rocurator diligenter instruere debet conuersos & alios laicos sibi subseruientes: ne opera illis iniuncta negligenter peragāt aut ociose tempus consumant. **B. 137**
- P**rocurator ex horis regularibus, pro sua necessitate remanere potest. **C. 92**
- P**rocurator loqui cum hospitibus potest, cū opus fuerit. **B. 109**
- I**n procuratorem vel priorem culpa redundat, si conuērus absq; causa debitis grauatus fuerit. **C. 43**
- P**ytantias annuas, prior aut conuentus assumere non potest absq; licentia capituli generalis. **C. 61**
- D**e pytantijs dandis vel non dandis, fratres aut sorores se introumittere non debent. **C. 61**
- R**eddiiti portant manicas in subtilibus vltra cubitum non porre-

Index statutorum:

- porrectas. **C. 73.** *Primi de casto culpa. exciut 101.*
- R**euelare nemo debet excessus vel disciplinas personarum ordinis, extraneis. **C. 32**
- Q**ui reuelauerit, silentio regenta: puniatur. **C. 35**
- R**efectorarij officium, vni conuersorum vel alteri fideli committendum est. **C. 68**
- A**d refectorariū pertinet, tēpore statuto mensam preparare. **C. 68**
- R**efectorarius mappas, mantilia, & amphoras conseruat, lauatq; vel lauari facit. **A. 69**
- R**efectorarius candelabra sic disponat, vt soli priori vnū, & duobus vel tribus fratribus eque vnum subseruiat. **A. 69**
- C**um refectorario, fratres secundum ordinem ministrant tota hebdomada: sed in quadragesima sibi per singulos dies succedunt. **A. B. 69**
- A**d refectorium omnes conuenire debent, aut culpā suam in capitulo dicere, siue causam quare remāserint indicare. **A. 110**
- I**n refectorio fratribus stantibus, qui maiorē missam cātauit, benedictionem facit, vel in eius absentia hebdomadarius aut sequens illum, siue eo die celebrauerit, siue non. **B. 110**
- R**efectorium post benedictionem ingrediens, pro benedictione **Pater noster & Aue maria** dicit. **A. 111**
- R**efectorium intrans postquā fratres sederint, veniam petat, & in vltimo loco sedeat. **A. 111**
- I**n refectorio, nemo debet alteri de sibi appositis porrigere: nisi assidenti a dextris vel a sinistris. **A. 111**
- I**n refectorio nobis aliquid apponētivel remouenti, inclinamus, & ipse nobis. **A. 111**
- I**n refectorio, mappas non conuoluimus, nisi prior suum conuoluerit. **B. 111**
- R**efectione peracta, & psalmo **Miserere** inchoato: ad crucē inclinantes, refectorium egredimur. **B. 111.**
- E**xtra refectorium comedentes, ad gloriam patri, & orationem dominicā modice inclinant, & cum psalmo **Laudate contenti** sunt.

Index statutorum.

- Sunt. Lectores tamen mensē Miserere dicunt. C. 111**
- Refectorarium nosse oportet infirmitates fratrum, ut sciat quid unicuique iuxta consilium prioris tribuere oporteat. C. 69**
- Cuius est in refectorio ministrare, horis finitis, cum cibus paratus fuerit, signum facit: facto tamē modico interuallo, quod ante cenam aliquantulum protrahi poterit, sed non ultra spacium septem psalimorum. B. 69**
- In refectorio confusionem faciens: veniam petat. C. 69**
- Refectorarius providere debet, ut equaliter & sine personarum acceptione, cuncta apponantur. A. 70**
- Refectorarius sepe circūspicere debet, ne quid alicui desit. A. 70**
- Refectorarius etiam frequēter ad priorē respicere debet, si quid forte faciendum innuat. A. 70**
- Refectorarius ad fenestram stans, silenter & submisse loquatur, quæ necessitas requirit. B. 70**
- Refectorarius provideat, ne in refectorio tumultus aliquis audiat, aut vox, nisi solius legentis. B. 70**
- Refectorarius providere debet, quæ necessaria sunt, circa rasuram & minutionem, & postea cuncta reponere, nisi alteri fuerit iniunctum. B. 70**
- Refectorarius tēpore hyemali ignē preparare debet quando necesse est: videlicet, post missam & ante cenā vel collationē, vel cum validū frigus fuerit, statim post primas vel tercias. B. 70**
- Ad refectorium, hospites non facile admittantur. C. 70**
- Infra collationem, eodē ordine sedemus, quo in choro stamus, sed prior in fronte mensē sedet. B. 69**
- Rectores ordinat capitulum generale vel visitatores ubi commissarii non sunt. C. 123**
- Rektor sub gremio capituli residens, eligi nō potest in priorem, nisi in domo suæ professionis. A. 124**
- Rektor habere debet duos socios sacerdotes, ubi facultas suppetit, tam in gremio, quàm extra gremium. A. 124**
- Rektorum socijs, constituant visitatores terminos quotidianos, ultra**

A Index statutorum:

- ultra quos progredi sine rectoris licentia non licebit. **B.** 124
- R**ectorum socijs, ex domibus inclusis, visitatores designabunt terminos, iuxta formam inclusionis domus professionis eorum. **B.** 124
- R**ectores exitus vitent & profectioes. **A.** 125
- R**ectores inuestire & velare non debent moniales, sed vocare debent commissarium. Inuestire tamen possunt de licētiacommissarij. **B.** 125
- R**ectores post priores ubiq; locum habent, & in dicendo **Fidei** lium, prioribus deferant. **B.** 125
- R**ectores externarum rerū administrationem nō habent. **C.** 125
- R**ectorū socij, per omnia ipsis obediāt sicut fratres suis priorib⁹.
- N**ec eius licentia possunt literas recipere vel aperire. **C.** 125
- R**ectores & socij horas saltem maiores pariter legant. **C.** 125
- R**ectores & socij, pro tricēnario defunctorū capituli tribus missis defunctorum, satisfacere possunt. Similiter & pro tricēnario domus proprię : sic tamen vt diebus cæteris, tricēnario currente, addant collectam, in missa conuentuali vel priuata. Cum qua nihilominus soluere possunt debitum fraternitatis. **C.** 125
- R**ectores & socij pro tricēnario capituli viuorum, singuli legūt tres missas de sancto spiritu vel de domina, aut ter se ptē psalmos cum letania. **A.** 126
- R**ectores & socij, soluere possunt debitū ordinis in summa missa (nisi fuerit defunctorū) per collectam. Saluo quòd onus missarum non assumant. **A.** 126
- R**ector & priorissa possunt sibi inuicem promittere assistentiam & fidelitatem. **B.** 126
- R**ectores & socij sororibus non loquuntur, nisi sciente priorissa. Sed nec socij loquantur eisdem cum mora, nisi sciente rectore. **C.** 126
- R**ectores & socij caueant cum quacunq; miscere colloquia, siue etiā cōfessiones audire, a completorio vsq; post primas, absq; notabili

Index statutorum.

- notabili causa quæ differri non potest. Immo his temporibus etiam ab aliorum abstineant colloquijs : sed tempestiue cellas petant. **C. 126**
- R**ectores & socij, per diem vitēt circuitiones ociosas, labori manuum, seu alicui pio operi insistentes. **A. 127**
- R**ector habeat vnum laicum familiarem. **A. 127**
- R**ector cum socijs interdum capitulū teneat, presertim in quatuor principalioribus festis. **A. 127**
- R**ector cum monasterium ingredi necesse fuerit : vnum aut duos sibi adiungat, qui simul intrent, simul stent, & exeant. Et quo rarius & breuius : eo securius. **B. 127**
- R**ectorum socijs tam in gremio quàm extra gremium interdicitur districte, habere sub quocūq; colore, vsu vel proprietatem pecuniarum, per se vel per interpositā personam. Vnde emere aut vendere, dare vel recipere, per se nihil possunt : sed sua donaria, aut alia vndecunq; recepta, rectoribus resignent. Qui huiusmodi expendere vel expendi facere poterūt, pro suo arbitrio, ad vsu illorum vel aliorum, sicut visum fuerit expedire, in regulata secundum deum conscientia. **Cōtrarium facientes : sine dilatione reuocētur ad domum propriam, nec ad domum quācunq; monialium retinētur, absq; licentia capituli generalis. C. 127**
- R**ector & priorissa per visitatores puniendi sunt, qui puellas ad clausuram & inuestitionem recipiūt ante etatem legitimam. Videlicet, vt rector tria psalteria dauidica legat, priorissa sit extra sedem suam, sorores reliquę, per mensem sint nouitię. Et puella sic recepta expellatur. **B. 128**
- R**ectori viribus vel senio destituto, & domum reuerso : moniales subseruire debent, iuxta dictamen capituli, vel ipsorum quorum ordinatione illic positus erat. **C. 128**
- R**ector quacunq; ex causa abscesserit, vestitum talem secum referat, qualem primum secum attulit. Si vero aliqua peculiaria notabilis valoris adquisierit : domui illi relinquat, nisi ex gratia sibi

Index Statutorum.

ria sibi concedatur. **C. 128**

Rectoribus defunctis, idem beneficium exhibetur a monialibus quod prioribus alibi electis & absolutis, a fratribus domorū quarum fuere priores. **A. 129**

*Si dari debent
de Lincunia Cap.
124. C.*

Rector extra gremium cum ad annū seruerit, & placuerit, pro- mittāt moniales, se daturas illi, si senio defecerit, aut sine cau- sa repulsus fuerit, singulis annis viginti florenos aureos. Et so- cīs tot florenos quot annis seruerint. **C. 128**

Rectores & socij, tam in gremio quàm extra gremium, osten- dant commissarijs & visitatorib⁹ singulis annis sua clenodia, pecuniam, & suppellectilem vniuersam. Iniungiturq; visita- toribus & commissarijs, vt hanc ordinationem sine dissimu- latione exequantur. **A. 125**

Rectoribus aut socijs defunctis, in domibus monialium, sorores auferre non debent, quę illi prius e domibus suis secum attu- lerunt. **A. 129**

Rectori si aliqua hereditas aduenerit, relinquatur illi quàm diu- rbi presuerit. **B. 57**

Sacrista omnia quę custodit breui annotare debet, vt sciat prior vnde rationem exigere debet. **C. 75**

Sacrista magna diligentia custodire debet sibi commissa, contri- ta quoq; reparari, & immunda lauare faciat. **C. 75**

Sacrę vestes cum inueterauerint, ad vsus prophanos transferri non debent. **C. 75**

Sacrista corporalia & lintheola calicum, per se lauat, & primam lauaturam in piscinam fundit. **A. 76**

Sacrista oleum a procuratore petere debet. **B. 76**

Sacrista cereos in numero aut magnitudine nō amplificet. **B. 76**

Sacrista ecclesiam & claustrum, dato sibi adiutorio mūdāt. **A. 77**

Sacrista fratres excitat ad diuinum officium, die noctuq; horis statutis pulsat. **A. 77**

Sacrista inter duo signa ad terciam vel sextam pro tempore, & ad vesperas seruat spacium non minus medię horę. In quo
sacrę

Index statutorum.

- sacræ lectioni operam damus. **A.78**
- S**acrista ostia statutis temporibus claudit. **B.78**
- S**acrista si ad matutinas multū tardius solito pulsauerit, cantori indicare debet, & ipse culpam suam inde dicat. **B.78**
- S**cribere q̄ noluerit, subtractione cibi aut pot^o puniatur. **C.108**
- S**ilentium omni tempore tenendum est, in oratorio, dormitorio, & refectorio. **C.107**
- S**ilentium quibus temporibus seruādum est, & quibus temporibus operibus iniunctis insistendum est. **B.108**
- S**ilentium iuge seruamus, inter primum & vltimum signum ad terciam vel sextam, & ad vesp̄as. **Interim studio insistentes. B.108**
- S**ilentium notabiliter frangens, culpam suam in capitulo proximo dicat, dicens quoties fregerit, & disciplinam recipiat. **B.109**
- S**ilentium frangere assueti, per abstractionem alimentorum puniantur, vel ad terram comedant. **B.102**
- S**ilentiij fractores notabiles, singulari silentio & cōtinuato per dies aliquot, in quibus nec proprijs fratribus sine licentia liceat eis loqui, ad communem consuetudinē sunt reducendi. **C.138**
- S**ilentium tenere debent, etiā in via constituti ante primas. **A.116**
- S**ilentium seruandum est ad mensam, nisi p̄sente episcopo, vel prelati religioſis, seu ecclesiasticis, vel canonico ecclesie cathedralis. **A.116**
- S**ilentium ad mensam foris frangens, culpam in capitulo dicat. **A.116**
- S**ilentium ad mensam in domo frangens, culpam suam dicat, & disciplinam recipiat. **A.116**
- S**ilentium seruandum est in loco rasurę. **C.117**
- S**imoniam si in receptione puellarum commissa fuerit: priores, rectores, & priorissę puniri debent. **B.128**
- S**igillū conuētus, & preciosa quelibet, & pecunias quę ad procuratoris curā non pertinent, sub tribus differētibus clausuris

Index statutorum.

- custodiantur **C.62**
- S**omnus meridians conceditur post pascha. **B.114**
- S**ocij rectorum. **Quere rectores.**
- C**um socio ambulandum. **Quere itinerantes.**
- S**paciandi licentia data: caueant fratres curiose inuestigare de agricultura, de animalibus, aut alijs negotijs externis. **C.118**
- S**ubuenire inuicem in necessitate debemus. **Prius tamē quisq; suis sese impendijs defendere debet. C.40**
- S**ubtilia. **Quere vestiarius**
- S**ubdiaconus **Quere hebdomadarius.**
- S**tatuta. **Quere constitutiones.**
- S**uperpellicia. **Quere vestiarius.**
- S**tudium. **Quere sacrista. Et etiam silentium.**
- S**upprior quando prior domi non est, maiori difficultate dispenset. **C.64**
- S**upprioris electio spectat ad priorem. **A.64**
- S**upprior absente priore, vices eius gerit, & tunc omnes tenentur illi obedire. **A.64**
- S**uppriori, absente priore, reuerentia vbiq; exhibenda est sicut priori, excepto quod ei non assurgitur, neq; sedebit ad nos lam. **B.64**
- S**upprior absente priore, obedientiaros non instituit, & si quid altioris negotij interuenerit, differt vsq; ad prioris aduentum. **B.64**
- S**upprior cum vices prioris agit, non legit in refectorio. **C.64**
- S**upprior in absentia prioris, neminem emittere debet in preiudicium ipsius, alioqui sic emissi censendi sunt fugitiui, & tam supprior quam conuentus puniendi. **A.117**
- S**upprior patris honoratur vocabulo. **Sed qui de absente loquitur: supprioris ipsum appellat nomine. C.64**
- S**upprior, præsente priore, nullę inclinationes fiunt. **C.64**
- S**upprior in cæteris, sicut alius frater se habebit. **C.64**
- S**upprioris non est dare alicui licentiam quoquã egrediendi, aut ali-

Index statutorum.

- aut aliquid notabile faciendi, quàm diu prior intra septa reperiri potest. **C. 64**
- S**upprior, quando prior facile inueniri non potest: in modicis licentiam dare potest, vtpote loquendi cum fratre de re utili vel necessaria, vel similibus. **A. 65**
- A** supprior qui licentiam habuerit, renouare eam debet si prior occurrerit. **A. 65**
- S**upprior, si absente priore singulare aliquid concesserit, debet hoc indicare priori reuerso. **A. 65**
- A**d suppriorum pertinet priorem admonere: & eum nihilominus coram fratribus excusare. **A. 65**
- S**upprior singulis annis absolutionem post festum pasche petat: non tamen fiat scrutinium a singulis. **B. 65**
- S**upprioris destitutio, solum spectat ad priorem. **B. 65**
- S**upprior si absente priore quoquàm proficisci necesse fuerit: de consilio conuentus id fiat. **C. 65**
- S**upprior absente, & etiam priore, senior vices eius supplet, sed non dicit **Fidelium**, **Confiteor**, aut **Adiutorium**. **C. 65**
- S**upprior domi existēte, nō est senioris vices eius supplere, neq; de quacunq; re licentiam dare, nisi loquēdi breuiter cum fratre aut hospite, si supprior inueniri non potest. **C. 65**
- T**estamentum nemo cōdere debet, aut quicquàm ordinare aut disponere, de suis rebus ac clenodijs vel pecunijs, nisi præsente & concedente priore. **A. 125**
- T**estamentorum executionem prior aut fratres in se non suscipiant absq; licentia. **B. 63**
- C**onsura lata fit, & ambitus capillorum in latitudine, vix sit trium digitorum. **B. 117**
- U**nica, vide vestiarius.
- T**ransferentes se ad alium ordinem absq; licentia obtenta, si redierint, carebunt voce capitulari. **A. 117**
- T**ranslatio ad ordinem sancti **Benedicti** fiat, de licentia petita & obtenta. **A. 120**

A Index statutorum.

- T**ricennarium perpetuum defunctorū, capitulū generale illis tantum concedit, qui perpetuos redditus contulerunt. **C. 39**
- T**e deum laudamus, nudo capite cantamus, & ad versum **Te** ergo quesumus, ad genua inclinamus. **B. 96**
- T**e deum saltem cantare debent ad matutinas, vbi omnes horæ non cantantur. **B. 96**
- V**estiarius omnia vestimenta custodire & excutere debet & attrita reparari facere. **C. 72**
- V**estiarius studeat singulis ministrare secundum facultatem domus, caueant tamen fratres ne superflua petant, & quæ dantur diligenter a corruptela custodiant. **C. 72**
- V**estiarius tempora quando vestes lauari debent obseruet & curet, ne vel munda superflue lauentur, vel immunda diutius negligantur. **A. 73**
- V**estem nemo pro vilitate respuere debet. **A. 73**
- V**estes fratres inter se commutare non debent. **A. 73**
- V**estiarius reprehendere vel accusare debet qui vestimenta negligenter custodiunt. **A. 73**
- I**n vestitu vel omni habitu nostro, pellis syluatica cuiuscunq; generis, non admittatur. **C. 74**
- V**estimenta qualia & quanta habere debeamus, & cuius formæ esse debent. **A. 74**
- V**estes cuius grossitudinis sint, non curabit prelatus aut subditus, tantum vt frigus arceatur, & nuditas tegatur. **N**ā ad omnes religiosos humilitatem, attritionemq; pannorum, vilitatem, paupertatem, & abiectionem pertinere certum est. **A. 74**
- V**estes quando lauandæ sunt. **T**unicæ namq; inferiores lauentur hyeme ad duos menses: æstate ad vnū mensem. **S**ubtilia circa mensem. **S**uperpellicia ad sex hebdomadas. **A. 73**
- A**bsq; tunica nemo vnquam dormire præsumat. **B. 73**
- C**uius præci panni esse debent. **Q**uere **C**appa. **A. 73**
- V**igilias nemo protrahere debet vltra septimam horam. **A. 114**
- V**isitatores in conuētibus monialiu succincti se habeant. **A. 123**
- V**isita-

Index statutorum.

- V**isitatoꝝ negligentiaꝝ capitulo transcribantur. **C. 32**
- V**isitatoꝝ electio. **B. 38**
- V**isitatoꝝ raro mutantur. **B. 38**
- V**isitare nemo debet suum visitatoꝝem. **B. 38**
- V**isitatoꝝum carthæ in definitorio leguntur. **C. 38**
- V**isitatio de biennio in biennium facienda est. **C. 41**
- V**isitatoꝝes formã visitationis nullatenus transgrediantur. **A. 42**
- I**n visitatione preces premittuntur, forma visitationis legitur, & fratres seriose admonentur, vt secundum eam procedant. **B. 42**
- I**n visitatione fratres interrogati, dicere debent quicquid emendatione dignum cognouerint. **B. 42**
- I**n visitatione nemo amore vel odio suppressere debet veritatẽ, ne grauem incurrat disciplinam. **B. 42**
- I**n visitatione nulli palam crimẽ imponendum est: ne si in probatione deficiat, graui p̄na inuoluatur. **B. 42**
- I**n visitatione, preceptum obedientie, habetur pro iuramento. **B. 42**
- V**isitatoꝝes exigere possunt iuramentum, durante visitatione, & precipere sub p̄na excommunicationis. **B. 42**
- V**isitatoꝝes possunt iniungere fratribus silentium. **C. 42**
- I**n visitatione seculares recipi possunt in testimonium cum per nostros quod queritur probari non potest. **C. 42**
- V**isitatoꝝes non facile omni spiritui credant, nec aliquem ex sola suspitione condemnent. **C. 42**
- V**isitatoꝝes in scrutinio inquirere diligenter debent quæ sequuntur. **C. 42**
- A**n prior pactioes a fratribus extorsit. **C. 42**
- A**n precedens visitatio bene sit obseruata. **A. 42**
- A**n prior corrigat excessus. **A. 42**
- A**n prior sit carnalis vel secularis nimis. **A. 42**
- A**n prior dat exemplum subditis, in frequendo ecclesiam, in abstinentijs, & alijs obseruantijs ordinis. **A. 42**

Index statutorum.

- An prior feruenter corripiat & excessus corrigat. A. 43**
An bona sit pax & concordia in domo. B. 43
An nemo habeat proprium. B. 43
An aliquis de incontinentia suspectus sit. B. 43
An fratres priori bene obediant. B. 43
An fratres chorum die noctuq; frequentant. B. 43
An ieiunia regularia & alię abstinentię bene & rite seruentur. B. 43
An cum omnibus religiosam honestatem seruant. B. 43
An curiositatem vitant. B. 43
An detractiones & murmura fugiant. B. 43
An culpas laudabiliter in capitulo confiteantur. C. 43
An in reprehensione sint humiles, & in emendatione tractabiles. C. 43
An domus sit grauata debitis, & quantis. C. 43
An aliud quid vltra preacta, emendatione vel accusatione dignum sciant. C. 43
In visitatione crimina ex proposito celantes, absolui non possunt a suis prioribus: nisi imposita penitentia septem abstinentiarum in pane & ceruisia. A. 44
Ad visitatores non accedant voce capitulari priuati, nisi vocati ex nomine. A. 44
Visitatores scrutinio facto: rursus ad se vocare possunt accusatos, & penitentiam iniungere, si se culpabiles fatentur. Si vero negauerint: vocentur accusatores vt probent. A. 44
In visitatione nemo publice notandus est: nisi in his quę manifesta sunt, aut pluribus comperta. C. 44
Post visitationem prior solitam humanitatem subtrahere non debet, aut vindictam vllam inferre illi qui aliquid cõtra eum dixerit. A. 45
Post visitationem nemo fratrum alicui aliquid aduersum se proferenti verbis aut factis vnquam molestus sit. A. 45
Visitatores quotidiana & minus graua per se proponunt. A. 45
Visitatores

Index statutorum.

- V**isitatores prioris excessus, & negligentias paucis notas, non facile coram omnibus manifestent. **B. 45**
- V**isitatores chartę quę inscribenda sunt. **B. 45**
- V**isitatores similem quoq; chartam, priori superiori sigillatam, transmittere debent. **C. 45**
- V**isitatores penas a generali capitulo inflictas, nisi urgente necessitate, immutare non præsumāt. **C. 45**
- V**isitatores in domibus quas visitant, moram nimiam non faciunt, neq; nimium festinent. **C. 45**
- V**isitatores ante primas aut post completorium non sint occupati in examinandis fratribus. **A. 46**
- V**isitatores, diebus festis, vesperis & missę interesse studeāt. **A. 46**
- V**isitatores monentur semper vna cum socijs prandere in communi refectorio cum conuentu. **A. 46**
- V**isitatores toto biennio auctoritatem habent in excessibus corrigendis. **B. 46**
- V**isitatores neminem a prioratu absoluere possunt: nisi in casibus supra memoratis. **B. 46**
- A** visitatoribus priores misericordiam & absolutionem petere debent. **C. 47**
- Q**uando visitatoribus datur auctoritas absoluendi, danda est in charta patente, aut viuę vocis oraculo. **C. 47**
- V**isitatores possunt officiales indifferenter absoluere, quādo eis visum fuerit expedire. **C. 47**
- V**isitatores nemini reuelēt excessus domorū quas visitant maxime infamiam tangentes, nisi priori superiori. **A. 48**
- V**isitatores caueant ne socij eorum culpas aut modum visitationis domorum visitatarum sciant. **A. 48**
- V**isitatores corrigant priores, qui fratribus suis dant licentiam proficiscendi & amicos suos visitandi, seu ad ciuitates & villas euagandi. **C. 115**
- V**isitatores in domibus visitatis (quātum in eis est) pacem relinquunt, salua correctionis disciplina. **A. 49**

Quid

Index statutorum:

- Q**uid in visitatione alius deposuit : nemo inuestigare præsumat. **B. 49**
- V**isitatores nullam faciant dispensationem in preiudicium statutorum. **B. 49**
- V**isitatores non dent fratribus licentiam visitandi amicos, aut aliquod huiusmodi, sine consilio & consensu sui prioris. **B. 49**
- V**isitatores in quibus dispensauerint vel quæ ordinauerint seruanda : publicè in communi viuæ vocis oraculo, vel in scriptis notoriè relinquant. **B. 49**
- V**isitationum dispensatio non durabit, nisi usq; ad futuram visitationem. **C. 49**
- V**isitatores a domibus visitatis, munera cuiuscunq; quantitatis aut precij non accipiant, nec etiam beneficia spiritualia. Alioquin dicant in futuro capitulo culpas suas, disciplinam recepturi. **C. 49**
- V**isitatores expensas factas vel faciendas recipiant, ita vt domus remotior plus contribuat. **C. 49**
- V**isitatores contributiones capituli recipiant, aut ipsi soluunt. **A. 50**
- V**isitetur primū domus superior, & aliq; domus eidē vicinæ. **A. 50**
- S**i vterq; vel alter visitatorum mortuus fuerit, aut alia causa prepeditus : prior superior alium vel alios substituet, vel visitator superstes, collegam sibi assumere potest, maxime si in itinere fuerit. **A. 50**
- V**isitatores domorum monialium visitationem non intermittant, si commissarius aut mortuus fuerit aut si vocatus non comparuerit. **B. 50**
- V**isitatores restringant solennitates quæ fiunt ad primas missas fratrum, siue ad inuestitionem & professionē fratrum & sororum. Interdicitur etiam omnibus membris capituli, omnis iustus, choreæ, cantilenæ, potationes, & vsus quorumuis instrumentorum musicalium, & omnia festa & electionis regis & reginæ. **B. 50**
- V**isitatores concedere possunt fratribus, ter soluere ieiunium regulare,

Index Statutorum.

regulare, & semel spaciamentum. C. 50
Inducentes seculares, vt visitatoribus resistent, puniantur. C. 50
Visitatores restringant recreationes & potationes in domibus
seminarum & alibi, & in diebus minutionum. C. 84.

**Finis Constitutionum Canonicoꝝ Regularium
capituli VVindesemensis.**

Errata in his constitutionibus contenta.

Pagina 31. linea 7. lege legantur. Pa. 31. li. 14. lege culpa. Pa. 37. li. 7. le. sc. Pa. 39. li. 8. lege
exequenda. Pa. 54. li. vlt. le. scienter. Pa. 58. li. 2. le. librario. Pa. 58. li. 5. deleatur De pasto-
re & curatis, &c. Pa. 72. li. 9. & 10. le. humanitate. Pa. 104. li. 18. le. alea. Pa. 106. li. 12. lege
nullus. Pa. 107. li. 4. dele valoris. Pa. 124. li. 5. le. debet. Pa. 125. li. vlt. le. tricennarium. Pa.
133. li. 12. le. loca. Reliqua vero quia iam excussa erant & per Blockium, vt cernere est, cor-
recta & emendata intacta reliquimus.

Blockius ad patres fratresq; capituli VVindesemensis.

Quid me tenentem regna sideri poli

Celoq; redditum planctu iubet

Sentire fatum? parcite. Nam uirtus mihi

In astra, & ipsos fecit ad superos iter.

Virtus in astra tendit, in mortem timor.

Exhortatio Blockij ad eosdem.

Nunquam stygijs fertur ad umbras Incluta uirtus, uiuite fortes:

Nec letheos seua per amnes Vos fata trahent. sed cum summas

Exiget auras consumpta dies Iter ad superos gloria pandet.

¶ **V**isus liber prescriptus, nec quicquam inuētum in eo est, quo
minus a catholicis imprimi aut legi posset. Anno. 1552. 27^o
Augusti. Nicolaus a noua terra Episcop^o Hebronēsis subscripuit.

¶ **G**hesien byden houe van **V**recht raduys vandē **B**isscop
van **E**bron hier bouē ghescreuē **T**hof permitteert de pren-
tinghe vanden **R**eghel van sinte **A**ugustijn bouē verhaelt.
Accum **T**utrecht den lesten **S**eprembris. Anno. 1552.

G **S**criuers.

In fine huius Statutorum dicitur

Indistinctis factis delictis huiusmodi, quomodo finis Statutorum
docet permissores eorumdemque rebellis et receptoris
puniri debent / ut uterque timorem habeant. Legi autem
per transgressores posita est non pro iustis qui sibi
sunt legi. Nimirum impunitas ausum facit / ausum po
contemptum parit. Perceptor autem cum puniretur
in profundum malorum contempnit. hoc est secundum Augustinum
dispositione dicitur periculosa. Crimen quoque huius
scriptura unius delictum in primum totius rotationis
plurimum addidit. Et qui scit vel dissimulat
ubi arguitur debet et potest consentire. Mala igitur
facientes malisq; consentientes pari pena placentur.
Cui ergo reus summa remissa est / et de iuxta auctoritatem
apud iudicem dixerint rationem reddere cogitur
siq; post primam aut secundam ammonitionem penam
se nigris profuerit adiutor / auctoritatisq; receptam
ix / quid super rogo. nisi cogere inest illi
facere quod faciendum est pro salute / ne peccat
ipse peccator cum illis quos cum corrigere potest
faciendo peccat permittit.

COMPENDIUM PRIVILEGIORVM

Capituli VVindesemensis.



Nno domini. 1387. fundatum est monasteriū Ca-
nonicorum Regularium in VVindesem.

Monasterium in Eemstheyn, prope Dordracum
anno. 1382.

Monasterium Mariæ prope Aernhem. anno. 1392.

Monasterium nouæ lucis prope hoern. anno 1392.

Quatuor hæc monasteria, in vnum capitulare corpus colligata, impetrauerunt a Bonifatio priuilegia sequentia.

Bonifatius papa nonus, &c.

Capitulū generale singulis annis celebrabitur in VVindesē.

Prior superior & reliqui priores omnes, obediētes erunt capitulo.

Prior VVindesemensis, erit semper prior superior: potest tamen superioritas ad aliam domum transferri.

Definitores singulis annis eligentur.

Definitores cum priore superiore, auctoritatem habebunt statuendi, corrigendi, reformandi, &c.

Quod a definitoribus ordinatur, ab omnib⁹ obseruabitur.

Constitutionum transgressio, non obligat ad culpam, sed ad pœnam.

Priores singulis annis absolutionem petere debent.

In causis quę capitulum generale expectare nequeunt: prior superior habet auctoritatem, capituli generalis.

Appellare nō licet, nisi ad capitulum generale, vel priorem superiorem.

Visitorum ordinatio, spectat ad definitores.

Vniuersitas in officio diuino ubiq; seruanda est, secundum ordinarium ecclesiæ Traiectēsis: exceptis quibusdā historijs.

Prædictis priuilegijs, gaudebūt non solum monasteria iam fundata, sed & fundāda, quę se capitulo VVindesemensi subiecerint.



A

Monas

A Monasterium regularium prope Amstelredamū, similiter & monialium in Amstelredamo, initium cepit anno. 1394.

Monasteriū in Vredensvuege, prope Noerthoern, āno eodē

Monasterium sanctę Agnetis prope Zvollandam, anno 1398.

Monasterium vallis angelorū in Leyderdorp, anno. 1400.

Capitulum VVindesemēse octo tum virorum monasteria complectens, impetrauit a Frederico de blanckenhem, approbationem & confirmationem omnium a bonifatio nono concessorum. Quam concessionem, ecclesia Traiectensis etiam sui sigilli appensione roborauit.

B Idem episcopus Traiectensis, ex commissione domini Innocentij papę 7. absoluit omnes capitulo VVindesemensi subiectos, a constitutionibus benedicti papę duodecimi, satis grauius: videlicet de fratribus, ad studia mittendis, de animalibus in monasterijs non nutriendis, de alienatione, de mutuis, de registris & inuentarijs, de capitulo culparum singulis diebus seruando quodq; omnes dormirent in vna domo, nec haberent cellas separatas. Et hæc omnia, sub pena excommunicationis.


Monasteriū in rugge prope Brielis fundatū est anno. 1405. & anno sequenti capitulo incorporatum.

Sub idem tempus alia tria initium sumpserūt, videlicet prope Haerlem, in Thabor, & prope Boemel.

C Anno itaq; domini 1407. Capitulum VVindesemense duodecim continebat monasteria. Quibus addita sunt anno. 1413. septem monasteria brabantię, agente domino Petro episcopo Cameracensi, cardinali & legato a latere, videlicet Viridis vallis, Rubee vallis, Septem fontium, Korfendonck, Bethleem prope Louanium, in Throno prope Grobbendonck, & monialiū sanctę Barbarę in Thenis:

Dictus autem dominus Petrus Cameracensis, post hæc unionem multa priuilegia in. xxij. literis, nostro concessit capitulo, quę tamen fere omnia etiam in aliorū summorum pontificum diplomatibus, continentur & confirmantur, demptis paucis

quę



quæ sequuntur.

Si aliquis conuentus eligendi potestate priuatus fuerit : electio deuoluitur ad capitulum generale, vel priorem superiorem aut si conuētus maluerit, ad ipsos vocatos priores. In domo vero superiore: electio & confirmatio deuoluitur ad priorē antiquioris domus, vel ad vocatos priores, dūmodo fratribus placuerit

Priores ad electionem vocati, errores tam personæ electæ, quam eligentium vicio, tam in forma quā alias quomocūq; & quacūq; ex causa obortos aut cōmissos, corrigere, emendare interpretari, defectus supplere, electum (si indignus iudicatus fuerit) reprobare, eligentes suis vocibus priuare, priuatis vero vel a iure vel ab homine voces suas restituere, inhabiles habilitare, dubia pro eorum libere voluntatis arbitrio, interpretari, electionem quoq; ipsam cōfirmare aut infirmare (si ita iudicauerint) auctoritate apostolica poterunt.

Si in futurum, quecūq; vtriusq; sexus nostri ordinis monasteria, de suorum ordinariōrū consensu, generali nostro capitulo se submittere & incorporare voluerint : eisdē capituli priuilegijs & gratijs, vti, frui, & gaudere valebunt.

Si priores, conuentus, aut personæ quecūq;, per se vel per alios, sese ab obedientia capituli conati fuerint dimembrare, aut subtrahere, aut literas vel quēlibet alia suffragia impetrauerint, aut impetratis consentire cum effectu præsumplerint : ipso facto sententiæ excommunicationis subiacebunt. A qua non erunt absoluendi, nisi per capitulum generale, aut certos capituli commissarios.

Indulgentiæ certæ conceduntur, occupatis in capitulo generali vel in visitationibus & omnibus verbum dei audientibus ad nomen quoq; Iesu & Marię, sanguinis præciosi, & vteri virginis, humiliter inclinantibus.

Interdicitur omnibus ordinarijs eorumq; vicarijs a nostris quicquam exigere, sub prætextu cuiuscūq; consuetudinis, vel alio quocūq; modo, pro fratrum ordinationibus, aut vasorum

A consecrationibus, &c.

Astringi non possumus, ratione cuiuscunq; iucundi aduentus aut primarum præcum, vt recipiamus quenquã ad commorandum nobiscum: nisi quem maior & sanior pars conuentus dignum iudicauerit.

Horas canonicas soluere possumus, secūdum libros loci vel monasterij vbi fuerimus, vel quos magis præptos habuerimus.

Lectores mensę aliquid præ gustare possunt.

Dietæ, siue tractatus causarum secularium, in nostris monasterijs seruari non debent.

B Libertas ecclesiastica suffragari non potest criminosis vltra triduum, sed ad iudicium extrahi poterunt absq; violatione ecclesiasticę libertatis. Attamen libertas non debet uiolari, in templis & ceteris miterijs, alijsque locis, episcopali benedictione consecratis.

Bona vsuraria prauitate, seu alias iniuste acquisita quorum veri domini ignorantur, licite recipere possumus.

Non consulitur hoc priuilegium traduci in usum. Huiusmodi enim bona, debentur veris pauperibus illis, qui sunt incolę illius regionis, ubi huiusmodi iniusta, sunt acquisita.

Bona nobis data ad præstantias aut ad aliũ quemcunq; vsum: in alios vsus conuertere possumus, dum modo nostris conuentibus, id ipsum vtilius visum fuerit.

C Progressu temporis alia virorum monasteria octo, & monialium quatuor, capitulo generali inserta sunt, videlicet, **B**ircket, **V**allis pacis, **E**lzinghen, prope **E**ndouiam, **E**zinghen, **B**odinghen, in **t**ongris, **I**n **A**emstelredamo, **D**iepeueen, **B**ronopia, **H**ierusalem.

Per idem tempus: missum est ad Martinum papam quintum, & bulla sequens impetrata.

Martinus episcopus seruus seruorũ dei, dilectis filijs sanctę Marię in **V**indesem, & Saluatoris mundi in **E**rmstheyn, ac nemorum beatę Marię prope Noerthoern, nec non sanctę Marię viridis vallis, sancti Pauli Rubeę vallis, & Marię in **K**orsendonck, **T**raiectensis monasteriensis, ac **C**ameracensis diocesum, aliorũq; vestro capitulo generali de **V**indesem subiectorum,

A iectorum, per priores solitorum gubernari, ordinis sancti Augustini monasteriorum prioribus, rectoribus, & conuentibus, salutem & apostolicam benedictionem. **S**ponsa christi sancta mater ecclesia, nullam maculam neq; rugam habens, sub vnitatem fidei, religionum diuersitate, nō mediocri venustate decoratur. Quę licet vna dici possit & debeat, propter suorum ciuium vnitatem: suis tamen per orbem domibus distributis, superne retinet ciuitatis exemplar, quę cum sit vnica, multas tamen habet (testante domino) mansiones. **H**ęc est quidem veteris testamēti arca Noe, miro studio fabricata, mansiuiculas habens & carceras, **H**ęc Ioseph mystici, tunica polymita, hęc ipsius domini vestis inconsutilis, sed desuper contexta per totum: vt ex his pateat, & ipsius ecclesię vnitas, quę regularium distinctionem professionum non abiicit, & eorum diuersitas, quę materni corporis, nec tollit nec lacerat vnitatem. **A**d hanc sane mirabilem pulchritudinem, qua splendet & splenduit, quasi quadam varietate circumdata, ipsa mater, retroactis temporibus adiecit plurimum ordo vester: qui sicut a suis primordijs, post beatos apostolos christi per regularia sancti patris Augustini instituta, luculenter per orbem effloruisse dinoscitur ita etiam nunc diuina propiciante gratia, his nouissimis temporibus, eundem ordinem in monasterijs vestris, per disciplinę regularis & fraternę visitationis obseruātiā, felici pullulatione refflorere, & vberriam exinde animarum frugem deo referri, læti gratulamur. **V**nde nimirum sedes apostolica, nō solum se vobis gratiosam reddere habet, verum etiam largifluas in tantę rei fauorem, manus (vestrā hęcenus causam tanquam sibi subseruientem, promouendo, dirigendo & confouēdo) porrigere deliberat adiutrices. **H**inc est quod nos ante omnia vestram capitularem colligationem, tam ab ipsa sede apostolica per nostros predecessores, vel eiusdem sedis legatos, quam etiam a locorum ordinarijs vobis vestrisq; monasterijs, pro regulari disciplina stabilienda, datam & concessam, ratam habētes & gratā, eam autoritate apostolica approbamus,

C
Cōfirmatio privilegiorum, hactenus concessorum, cum suppletionem omnium defectuum.

A & etiam cōfirmamus. **O**mnis nihilominus, si qui fortasse in huiusmodi vestre colligationis primordijs vel processibus cōmissi fuerint defectus, utpote, si consensus ordinariorum, capitulorū, metropolitanorum, & cathedralium ecclesiarum, vel etiam aliquorum fratrum conuentualium non interuenerit, vel si in electionibus seu institutionibus priorum monasteriorum vestrorum, ex iuris ignorantia vel alias quolibet erratum fuerit, eadē autoritate per hæc scripta supplemus. Vosq; & vestra monasteria & cōuentus, vnum capitulare corpus efficientes, de nouo ad inuicem inseparabiliter coniungimus, & in perpetuum colligamus. Concedentes vobis de vberioris gratiæ largitate, præsertim pro diuini cultus & syncere religionis augmēto, ut quęcūq; alia monasteria ordinis vestri, iam fundata vel in posterum fundanda, dummodo duæ partes vniuscuiusq; talis monasterij, in hoc consenserint, & consensus diocesani accesserit, possint se libere vestro generali capitulo submittere, colligare, & confirmare, ac etiam omnibus & singulis gratijs & priuilegijs vobis concessis & concedendis, vti & gaudere. **H**oc pro bono vniformitatis adiecto, quod præidentes talibus monasterijs, quocūq; nomine censeatur, postquam vobis colligati fuerint, deinceps prioris nomine fungantur, nisi forte exempti fuerint, vel immediate sedi apostolicę subiecti. **I**gitur pro regulari disciplina stabilienda, & pro decore sanctę religionis in monasterijs vestris perpetuo conseruando, statuimus & ordinamus. **I**n primis vt annis singulis sicut hætenus consueuistis, in monasterio beatę Marię in VVindesem, eiusdem ordinis Traiectensis diocesis, cui tu filii Ioannes prior ad præsens præesse dinosceris, generale capitulum ad instar fratrum ordinis carthusiēsis celebrare debeatis. **I**n quo quidem capitulo, prior eiusdem monasterij de VVindesem existens pro tempore, tanquam superior præsidebit nisi propter notabilem necessitatem & euidentem vtilitatem, eorundem monasteriorum vestrorum, in duobus capitulis generalibus & continuis, omnes diffinitores concorditer eandem superioritatem

Capitularis vno presentium & futurorū,

B

C

Capitulum generale singulis annis seruandum est in VVindesem: nisi, &c.

superioritas trāferri potest.

& lo

& locum eiusdem capituli generalis, cum suis priuilegijs, ad ali-
 quod aliud monasterium eiusdem vestri ordinis & capituli, du-
 xerint transferendum. **Potest** tamen idem generale capitulum,
 propter aliquam necessitatem occurrentem, in aliquo alio mo-
 nasterio eidem capitulo subiecto, per priorem superiorem, vel
 vices eius gerentem, & per alios priores monasteriorum vestro-
 rum, qui pro tempore erunt celebrari. **Cui quidem capitulo ge-**
nerali eiusdemq; definitionibus vniuersis, omnes priores & con-
uentus, singuleq; vtriusq; sexus personæ monasteriorum tam
virorum quam mulierum, eidem capitulo pro tempore subdi-
torum, firmiter obedire teneamini. Nec liceat alicui eorundem
monasteriorum personæ, quacunq; de causa seu occasione ad a-
liquem, præterquam ad generale capitulum vel ad priorem su-
periozem pro tempore (quem eandem auctoritatem & potesta-
tem, in singulas personas ipsorum monasteriorum quam etiam
proprii priores in eas habent, habere volumus & decernimus)
quolibet appellare. Et insuper in eodem capitulo, annis singu-
lis eligantur definitores qui vna cum priore superiore, plenari-
am (auctoritate apostolica) potestatem habeant, defectus quosli-
bet personarum prædictarum puniendi & corrigendi, & easdem
(si oportunum fuerit) ad alia monasteria eiusdem ordinis trans-
mittendi, ac etiam prædictos priores & priorissas monasteriorum
mulierum, sic subiectorum, destituendi, instituendi, confirman-
di, necnon deformati, statuendi, interpretandi, ac etiam in me-
lius immutandi, omnia & singula, quæ secundum regulam beati
Augustini, pro pace & vtilitate communi, pro regulari discipli-
na dictorum monasteriorum conseruanda, visa fuerint expedi-
re. Et quicquid ab eis vel saltem a maiori parte ipsorum defini-
tum, statutum, seu in melius immutatum, & per tria capitula ge-
neralia continua approbatum fuerit: plenam habeat in omni-
bus monasterijs vestris firmitatem.

A
 Capitulo gene-
 rali omnes obe-
 dire tenentur.

B
 Appellare non
 licet, nisi ad capi-
 tulum.
 Prior superior
 habet eandem au-
 toritatem in sin-
 gulas personas,
 quam proprii ha-
 bent priores.

C
 De definitori-
 bus & eorum au-
 thoritate.

Definitores in-
 terpretari, & in
 melius immuta-
 re possunt, quæ
 secundum regulam
 beati Augustini
 visa fuerint ex-
 pedire, quicquid
 ab omnibus vel
 a maiori parte
 definitum fuerit,
 ab omnibus ob-
 seruetur.

Hic patet statuta & decreta dif-
 finitorum per tria capitula continua approbata, esse statuta apostolica: quia per huiusmo-
 di definitores, tanquam per commissarios apostolicos sunt solenniter edita. quare præ-
 latus inferior: ea infringere, tollere, mutare, aut interpretari non poterit.

Hoc pro-

A statuta non obligant nos ad culpam.


In capitulo oēs absolutionē petere debent.


Prioratus magis officium quam dignitas esse videtur.

B

Visitatorum auctoritas.

C

Hoc prouiso, quod huiusmodi & quęcunq; cōstitutiones vestre neminem ad culpam obligēt, sed ad pœnam, siue in statutis vestris comprehensam, siue a capitulo generali, vel a visitatoribus, vel prioribus infligendam: nisi (quod absit) quis eas transgredi præsumpserit ex contemptu. Et in quo etiam capitulo, omnes & singuli priores huiusmodi subiectorum monasteriorum, qui tunc fuerint, teneantur per se vel suas literas, singulis annis, a suorum officio seu regimine prioratum petere se absolui. Verum quia prioratus vestri, magis officia quam dignitates esse videntur, propter facilem ab eisdem sine strepitu iuris absolutionem, cum etiam copia personarum utiliter præsentium frequenter non habetur, & quia nonnunq̄ illegitimi nati multis virtutibus & magna morum probitate decorantur: concedimus vobis de gratia speciali, vt capitulum generale, vel prior superior, cum talibus illegitimis, quemcunq; etiam natalium defectum patientibus, vt eo nõ obstante, prioratus, & alias dignitates, ac officia monasteriorum vestrorum, nec non curam animarum (si ad ea electi & confirmati seu alias rite deputati fuerint) recipere & tenere possint, auctoritate nostra valeant dispensare.  Hic conceditur nostris conuentibus eligere, & prioribus ad electionem uocatis confirmare posse illegitimum: sed ipse electus & confirmatus, nullam in officio suo administrationem accipiet, donec per capitulum generale, aut priorem superiorem secum fuerit dispensatum: quoniam capitulum generale, auctoritate apostolica sussultum, huiusmodi dispensationem sibi reseruauit.

Præterea in eodem capitulo per diffinitores pro singulis monasterijs visitandis, certi deputentur visitatores qui plenam generalis capituli in singulis monasterijs quæ visitant auctoritatem habeant ordinandi, & disponendi, ac etiam excessus tam in capite quam in membris, secundum regulam & statuta ordinis corrigendi, & si oportunum fuerit, etiam priores ex certis causis in statutis comprehensis, a prioratibus absoluedi, & alios canonicè electos confirmandi, eisdemq; curam animarum committendi. 

Vigore istius articuli, nostri priores & priorissę in suis prioratibus, sunt auctoritate apostolica confirmati: quare nulla inferiore auctoritate sunt destituendi. Verum si obicitur, quod huiusmodi nostri priores & priorissę, per priores sunt confirmati auctoritate capituli nostri generalis, & nõ auctoritate apostolica: respondetur, quod auctoritas generalis capituli, est auctoritas apostolica, prout in isto articulo clarissime patet.

In obitu vel celsione cuiuscunq; prioris dictorum monasterio-
rum vestrorum, duo priores vel visitatores vocandi sunt, ad in-
teressendum electioni, sine quibus electio celebrata, eo ipso, nul-
la sit: qui & ipsum electum autoritate generalis capituli confir-
ment, eiq; curam animarum committant. **E**t si in electione hu-
iusmodi, ex ignorantia iuris, in persona electa, aut ex ratione eli-
gentium, seu in forma electionis, aut alias quomodolibet erra-
tum fuerit: generale capitulum, aut prior superior, poterit hu-
iusmodi supplere defectum, vel etiam eandem cassare electionē.
Nec aliquis postquam in priorem electus fuerit, electioni de se
factę, renunciare debet: nisi de consensu capituli generalis vel
prioris superioris, aut priorum ad electionem vocatorum, qui-
bus etiam ad consentiendū electioni huiusmodi obedire omni-
no teneatur. **C**um vero conuentus aliquis, quacunq; de causa
iure eligendi priuatus fuerit: electio & confirmatio huiusmodi
ad capitulum generale, vel eo dissoluto, ad priorem superiorem,
immediate deuoluatur, quam tamen electionē seu confirmatio-
nem sic deuolutam, idem prior superior, visitatoribus siue pri-
oribus ad electionem vocatis committere potest: **Q**uod si hæc
omnia in monasterio superiore, dum ipsum, priore caruerit, fa-
cienda contigerint, priores ad electionem vocati, interim in his
& in alijs occurrentibus, autoritatē generalis capituli concernē-
tibus, vicem prioris superioris supplebunt, donec dicto mona-
sterio, more per omnia iā dicto, prouisum fuerit de priore. **Q**ui
quidem prior superior, plenam habeat semper autoritatem ge-
neralis capituli, in causis infra annum emergentibus determinā-
di, quę ad generale capitulum commode differri nequiverint,
& in causis arduis similiter infra annum occurrentibus, aliquos
de prioribus per generale capitulum sibi assignatis, cum sibi vi-
sum fuerit, ad priuatum capitulum conuocandi: qui vna cum
ipso & cum cōuentu monasterij superioris, plenariam æque ge-
neralis capituli habeat potestatem. **P**otest tamen hæc autoritas
prioris superioris per generale capitulum restringi, & iterum re-

A
electio & confir-
matio priorum.

si in electione
erratum fuerit,
capitulū uel pri-
or superior sup-
plere potest uel
electionem cas-
sare.

Electioni de se
factę renunciare
nemo potest.

B
si conuentus ali-
quis iure elige-
di priuatus fue-
rit ad capitulum
generale electio
deuoluitur, quā
tamen prior su-
perior commit-
tere potest prio-
ribus ad electio-
nem uocatis.

In domo superi-
ore priores uo-
cati locū prioris
superioris sup-
plebunt.

C
Prior superior
infra annū ple-
nam habet auto-
ritatem.
Capitulum pri-
uatum.

Prioris superio-
ris autoritas po-
test restringi.

B laxari;

In officio sit cōformitas.

Cū ad alia monasteria capituli nostri uenerimus: possumus horas canonicas soluere secundū morem ipsorū.

Clerici siue presbyteri seculares satisfacere possunt, legēdo horas secundū ordinariū nostrū.

Habitus noster qualis esse debeat.

Pelles syluestres ab omni usu sequestrentur.

subtilia siue roqueta.

Ad alium ordinem nemo accedat pretextu strietioris religionis, nisi forte ad ordinem carthusiensium.

Prohibetur que exteris omnibus ne nostros recipiant.

Conuentus que a capitulo generali dimembrare se non possunt.

A laxari: quando eidem capitulo visum fuerit expedire. Denique volumus & ordinamus, vt in libris & ordinarijs diuini officij (vbi cōmode poterit fieri) possitis vos inuicē secundū ordinatiōnem huiusmodi capituli cōformare, ita tamē vt in singulis monasterijs ordinis vestri eidē capitulo subiectis, ad quæ ueneritis, secundū morem inibi consuetū, horas canonicas persoluere ualeatis. Clerici siue presbyteri seculares, vndequē fuerint apud vos pro tēpore cōuersantes, siue religionē attentantes, siue etiā apud monasteria monialiū generali capitulo vestro subditorū, pro eorū ministerio residentes: similiter in horis canonicis secundū ordinariū vestrū satisfacere possint. De habitu quoq; vestro, in omnibus monasterijs capituli vestri, vniformitas & simplicitas obseruetur: statuimus & ordinamus, vt cappę vestrę infra & extra monasteria deferendę de nigro sint panno, & nullo alio colore admixto, desuper caputium aptum, & aliquātulum ampliū habentes, secularium capucijs non conforme, vt videlicet, siquādo capiti superponatur, posterius non erigatur in cristam, & vt demissum scapulas decenter operiat. Tunicę vero de albo sint panno, & pellicia & almucia de pellibus ouinis: pellibus syluestribus, ab omni usu vestro sequestratis. Superpellicia quoq; subtilia, siue roqueta, more vestro consueto. Conuersorum autem cappę, de panno griseo, tunicę vero & scapularia, de panno albo fieri debent. Deinde attendentes quod decet & expedit, vt iuxta doctrinam apostoli, vnusquisq; in ea qua vocatus est uocatione permaneat, & ne leues & instabiles, seu correctionis impatientes, euagandi habeant occasionem, & fratres suos scandalizent: statuimus & firmiter prohibemus, ne vestrę capitularis colligationis aut professionis quisquam, prior aut cōuentus, seu persona publica vel priuata, de obedientia vestra, postquam professus fuerit, vel eidem generali capitulo se submiserit, alicuius vanitatis instinctu, vel districtioris religionis obtētu, se suumve conuentum seu propriam personam aut alterius, ab eodem capitulo, dimembrare audeat, vel quomodolibet separare siue discedere,

cedere, sine capituli generalis vel prioris superioris licentia petita & obtenta. **A** Ac etiam omnibus & singulis prælati & alijs præfidentibus, necnon conuentibus, & personis, mendicantium & aliorum ordinum quorumcunq; : ne illis quoquomodo, absq; consensu capituli vestri generalis, vel prioris superioris, aut licentia sedis apostolicę, eis per speciales eiusdem sedis literas, plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de prædictis mentionem facientes, concessa, recipere præsumant, districtius inhibemus, nisi forte, aliqua persona ad ordinem carthusiensium se transfrens, in eo profiteri voluerit, decernentes ex tunc, si secus factum fuerit, transitum & receptionem talium, irritos & inanes, felicis recordationis Innocentij papę tertij, prædecessoris nostri & alijs constitutionibus in contrarium editis, non obstantibus quibuscunq;. **B** Volumus etiam, & apostolica vobis autoritate concedimus, quod consecrationes ecclesiarum, altarium, cimiteriorum, vasorum ornamentorum, & ordinum ministraciones, si episcopi diocesani & locorum super hoc rogati aut requisiti, ea vt debent & tenentur, facere recusauerint, seu noluerint: a quibuscunq; alijs antistitibus catholicis, gratiam & communionem apostolicę sedis habentibus, petere & recipere valeatis. **N**ecnon vt tempore generalis interdicti ianuis clausis (excōmunicatis & interdictis exclusis) missas & alia diuina officia, in præsentia huiusmodi & aliorum dicti ordinis fratrum & familiarium, celebrare seu celebrari facere, & eis quoties expedierit, ecclesiastica sacramenta ministrare, ac defunctos vestros ac alios ibidem sepulturam eligentes, ecclesiasticę sepulturę, sine solennitate tradere, dummodo vos vel ipsi, causam huiusmodi non dederitis interdicto, nec id vobis vel illis contigerit specialiter interdicti. **Q**uodq; etiã vos altaria habere portatilia super quibus in domibus & grangijs ac alijs locis vestris, in quibus fuerint oratoria, cappelle, siue loca ad huiusmodi diuina celebrandum congruentia, & honesta, huiusmodi missas & diuina officia, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, si res exegerit, sine alieni iuris

In
De consecratione ecclesiarum aut altarium & ordinum ministraciones aduocare possumus quęcunq; episcopū.

C
Tempore interdicti diuina celebrare possumus ianuis clausis & exclusis interdictis.

De altaribus portatilibus.

A præiudicio, similiter celebrare, vel ab alijs rite celebrari facere, libere & licite valeatis. Nec sitis astricti, propter excommunicatos nisi nobis secundum formam iuris fuerint denunciati: et postquam excommunicati a nobis recesserint non tenemur cessare a diuinis.

Decimas de his que proprijs manibus aut sumptibus colimus de quibus hactenus nemo percepit & de animalibus nostris dare non tenemur.

Bona monasterij uedere, & in meliorem usum commutare licet.

C ut nemo cuiuscunque dignitatis fuerit, presumat infringere uel impedire ea que per capitulum generale uel uisitatores uel commissarios ordinata fuerint.

Vult etiam summus pontifex ut capitulum generale, prior superior, seu etiam uisitatores, omnes fratres rebelles omni appellatione postposita, p[er] c[en]suram ecclesiasticam ad subiectionem & obedientiam compellant.

præiudicio, similiter celebrare, vel ab alijs rite celebrari facere, libere & licite valeatis. Nec sitis astricti, propter excommunicatos qui forsan ad loca uestra pro tempore accesserint, postquam a locis recesserint eisdem, cessare a diuinis, aut vitare excommunicatos, nisi uobis in specie, vel secundum formam iuris, fuerint denunciati. Quodque de bonis uestris, infra septa vel limites monasteriorum uestrorum consistentibus, quæ p[ro]p[ri]is manibus vel sumptibus excolitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, aut de nutrimentis animalium uestrorum decimas soluere aut dare minime teneamini. Liceatque etiam uobis, quęcunque bona monasteriorum uestrorum, præsentia, & futura pro utilioribus commutare bonis seu vendere, & præcium in maiorem eorundem monasteriorum uestrorum conuertere utilitatem. Potestremo, ut præmissa omnia & singula, perpetuam habeant roborem firmitatem: districtius prohibemus, ne ordinarij locorum, vel quicunque alij, cuiuscunque status dignitatis, vel potentie fuerint, præsumant immutare, vel infringere, seu impedire, ea que per generale capitulum, vel per uisitatores seu commissarios eiusdem, de electionibus, vel institutionibus, seu destitutionibus priorum & priorissarum, vel etiam de correctionibus & disciplinis secundum regulam & statuta ordinis uestri, ordinata fuerint vel disposita. Volentes equidem & autoritate apostolica statuimus: ut capitulum generale, vel prior superior seu etiam uisitatores, omnes & singulos in dictis monasterijs professos contra dictores & rebelles ordinis, & statutorum, ac concessionum nostrarum, ad omnimodam subiectionem & obedientiam, per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione quacunque remota, compescere valeant, uocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Hæc autem omnia & singula, quę pro regulari disciplina in monasterijs stabilienda, per præsentem cõcedimus & statuimus: etiam ad omnia & singula alia monasteria tam uirorum quam mulierum præsentia & futura, quę dicto capitulo generali subiecta vel colligata sunt, aut subijci aut colligari

Bulla Martini papæ quinti.

9.

gari contigerit, eorumq; conuentus & personas, extendi volumus, & extendimus, eaq; quibus etiam per aliquam generalem reuocationem aut alias per sedem apostolicam vel legatos eius, seu alias quouis modo, nisi de ipsis, & eorum toto tenore, de verbo ad verbū mentio specialis habeatur, derogari nolumus, perpetuo valitura. **A**c quicquid in contrarium per locorum ordinarios, aut alios quoscunq;, quouis modo attentari contigerit, prædicta autoritate apostolica, irritum & inane decernimus præsentibus. **I**nterpretationem vero seu declarationem omnium & singulorum dubiorū seu obscuritatum, si quæ forsan in præmissis seu circa ea vel ipsorum aliquod seu aliqua exoriri contigerit: capitulo generali duntaxat reseruantes. **N**on obstantibus tam fælucis recordationis **B**enedicti papæ duodecimi, prædecessoris nostri, quæ quamuis de ordine vestro edite sint, non tamen fuerunt in prouincia vestra & in quibusdam alijs prouincijs (vt asseritur) particulariter promulgate, seu moribus vtentium approbate, quàm alijs quibuscunq; constitutionibus apostolicis, nec nõ statutis, cõsuetudinibus & ordinationibus, ordinariorū, prouincialium, metropolitanorū & cathedralium ecclesiarū, monasteriorum & aliorum locorū, eiusdem ordinis seu religionis vel etiam per quoscunq; vestrū prius forsan factis, vel ordinatis, præsentium fortassis, confirmationis, colligationis, cõstitutionū, priuilegiorum nostrorum, tenori contrarijs, iuramentis, pactis, votis, cõfirmationibus apostolicis, aut quibusuis firmitatibus: alijs roboratis, quorūcunq; tenorem existat, per quæ præsentibus nõ expressa vel totaliter non inserta, eorū effectus impediri valeat, & de quibus quorumq; totis tenoribus, habenda sit in literis nostris mentio specialis. **A** quibus necnon iuramentis, & votis huiusmodi (in quantum præmissis obuiant) ac etiam synodorū visitationibus (illis exceptis qui in parochialibus ecclesijs resident) vos omnes & singulos tenore præsentium absoluiimus, ceterisq; contrarijs non obstantibus quibuscunq;. **V**erum etiam quia sicut asseritis, præmissam pro maiori parte vobis retroactis

Impetratio dubiorum reseruat capitulo generali.

B Constitutiones Benedicti papæ xii. prædictis obstare nõ possunt neq; constitutiones quæcunq;.

C A synodorū visitationibus oēs absoluiuntur. Ratificentur & approbentur concessa p̄ p̄sentes, aut legatos, tempore scismatis, q̄ forte plenam autoritatē non habuerunt.

B 3

tempo-

A temporibus, per eos qui tempore scismatis pro Romanis pontificibus se gerentes, seu eorum legatos, aut locorum ordinarios ipso durante scismate, concessa fuerint: vosq; multa ex ipsis (occasione concessionum huiusmodi) exercuistis vsq; nunc, ac timeatis ipsos legatos ad singula talia, potestatem sufficientem non habuisse, seu ordinarios ipsos de sua ordinaria potestate, ea facere non potuisse: nos volentes in hoc vestras seruire conscientias, omnia & singula per vos, talium occasione concessorū, alias tamen rite gesta & facta, autoritate apostolica prædicta, ratificamus & approbamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, coniunctionis, colligationis, concessionis, statuti, ordinationis, voluntatis, constitutionis, prohibitionis, decreti, inhibitionis, extensionis, reservationis, absolutionis, & ratificationis, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit: indignationem dei omnipotentis, & beatorū **Petri & Pauli** apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Florentiæ quintodecimo calendas Aprilis. Pontificatus nostri anno tertio, scilicet. Anno domini. 1420.

B Sub Martino papa eius nominis quinto, Capitulum Nussense quod constabat duodecim monasteriis, sese copulauit ac submisit Capitulo **V**indesemensi, atq; ita ex duobus vnum est conflatum. Anno domini. 1430. Et catalogus mutatus est.

C Post hæc & alia monasteria capitulo **V**indesemensi addita sunt, catalogo non mutato.

CATALOGVS CONTINENS NOMINA DOMORUM **C**anonicorū **R**egulariū **C**apituli **V**indesemensis.

Domus beatæ Mariæ virginis in **V**indesem prope **Z**uolam, diocesis **T**raiectensis. 1.

Domus beatæ Mariæ virginis prope **N**ussiam, diocesis **C**olonienfis. 2.

Domus beatæ Mariæ virginis in viridi vallē prope **B**ruxellam in **B**ra-

Catalogus generalis omniū domorum:

- in Brabantia, diocesis Cameracensis. 3. **A**
- Domus beatę Marię in bethleē Zvuolle, diocesis Traiectēsis. 4.
- Domus sancti Pauli, in rubea vallę prope Bruxellam in brabantia, diocesis Cameracensis. 5.
- Domus beatę Marię virginis & duodecim apostolorū in Traiecto, quę dicitur ad Regulares. 6.
- Domus sancti Saluatoris in Eemstheijn prope Dordracū in hollandia, diocesis Traiectensis. 7.
- Domus beatę Marię in septem fontibus prope Bruxellam in brabantia, diocesis Cameracensis. 8.
- Domus fontis beatę Marię prope Aernhem in Gelria, diocesis Traiectensis. 9. **B**
- Domus Nouę lucis beatę Marię prope Hoern in hollandia, diocesis Traiectensis. 10.
- Domus sancti Ioannis euangelistę prope Amstelredamum, nūc in heylo prope Alcmariam, diocesis Traiectensis. 11.
- Domus in nemore beatę Marię prope Noerthoern in vvestphalia, diocesis Monasteriensis. in *Vredensweghe*. 12.
- Domus beatę Marię in korfendonck in Brabantia prope Turnhout, diocesis Cameracensis. 13. **C**
- Domus Montis sanctę Agnetis virginis prope Zvuollam, diocesis Traiectensis. *fundatus 1398. in die Annuntiatę.* 14.
- Domus beatę Marię in vallę angelorum in leyderdorp in hollandia, diocesis Traiectensis. *fundatus a. 1400.* 15.
- Domus beatę Elizabeth viduę prope Brielis in Zelandia, diocesis Traiectensis. *fund. a. 1406.* 16.
- Domus beatę Marię in Gaesdonck prope Goch in gelria, diocesis Colonienfis. 17.
- Domus beatę Catherinę in Nouimagio in gelria, diocesis Traiectensis. 18.
- Domus visitationis beatę Marię prope Maerlem in hollandia, diocesis Traiectensis. *fund. circa a. 1406* 19.
- Domus sancti Saluatoris in Thabor prope Snekam in Frisia, diocesis

- A** ocesis **Traiectensis**: *fundat. circa an. 1406* 20.
Domus beatæ **Mariæ** in **Bethleem** prope **Louanium** in **brabantia**, diocesis **Leodiensis**. 21.
Domus sancti **Meynulphi** confessoris in **Bodiken**, diocesis **Paadenburnensis**. 22.
Domus stagni beati **Petri** apostoli prope **Boemel** in **Gelria**, diocesis **Traiectensis**. *fundat. circa a. 1406.* 23.
Domus beatæ **Mariæ** in **Rēmersvael** in **Zelandia**, diocesis **Traiectensis**. 24.
Domus **Throni** beatæ **Mariæ** prope **Grobendonck** in **Brabantia**, diocesis **Cameracensis**. 25.
B **Domus** sancti **Ioannis** baptistæ vrbis **Aquisgrani**, diocesis **Leodiensis**. 26.
Domus beatæ **Marię** in **Bircket** prope **Amerffordiam**, nunc curiæ beatæ **Mariæ** in **Amerffordia**, diocesis **Traiectensis**. 27.
Domus vallis pacis prope **Traiectum**, nunc sancti **Ioannis** in **Amerffordia**, diocesis **Traiectensis**. *ord. m. p. p. a. 1417.* 28.
Domus vallis beatæ **Marię** prope **Oudenaerden** in **Flandria**, diocesis **Tornacensis**. *fundat. circa an. 1417.* 29.
Domus beatæ **Mariæ** in dumo prope **Endouiam** in **Brabantia**, diocesis **Leodiensis**. *fundat. circa a. 1420.* 30.
Domus campi beatæ **Marię** in **Oostfrisia** prope **Esinghen**, diocesis **Bremenensis**. *Caplo m. p. p. circa an. 1420.* 31.
C **Domus** montis beatæ **Mariæ** in **Bodinghen** prope **Zyberch** in terra **Montensi**, diocesis **Coloniensis**. *incorpo. circa a. 1420/22.*
Domus sancti **Saluatoris** in **Evuich** prope **Attendoren**, diocesis **Coloniensis**. 33.
Domus passionis **Christi** & beatæ **Mariæ** in **Tongris**, diocesis **Leodiensis**. *fundat. circa a. 1424.* 34.
Domus beatæ **Mariæ** in **Wittenberch** in **saxonia**, diocesis **Hildesemensis**. 35.
Domus sancti **Martini** in **Lunenkercke** nunc **Achlum** in **Frisia** prope **Herlinghen**, diocesis **Traiectensis**. 36.

Domus

Catalogus generalis omnium domorum. 17

- D**omus beatæ Mariæ In sion prope **B**euervvîck in **H**ollandia, diocesis **T**raiectensis. 37. **A**
- D**omus beatæ Mariæ **R**ijckenberch in **S**axonia, diocesis **H**il-
desemensis. 38.
- D**omus vallis beatæ **E**lizabeth prope **R**uremundam, diocesis
Leodiensis 39.
- D**omus beatæ **E**lizabeth bonorum puerorum in oppido **L**eo-
diensi. 40.
- D**omus beatæ Mariæ in **N**azareth prope **B**redeuoert diocesis
Monasteriensis. 41.
- D**omus **M**ontis beatæ Mariæ in **A**ninghen in **f**risia diocesis
Traiectensis. 42. **B**
- D**omus sancti **B**artholomei in **z**ulta, iuxta **H**il-
desem, eiusdēq; diocesis. 43.
- D**omus beatæ Mariæ in **H**ertzenhaghen iuxta **F**rancfordiam,
diocesis **M**aguntinensis. 44.
- D**omus beatæ Mariæ in **M**ello iuxta **G**andanum in **F**landria,
diocesis **C**ameracensis. 45.
- D**omus sancti **D**ionisij in **M**olēbecke, diocesis **M**indensis. 46.
- D**omus horti beatæ Marię virginis iuxta **V**vormaciam eiusdē-
q; **D**iocesis. 47.
- D**omus **B**usci domini **I**saac iuxta **N**iuellam in **B**rabantia, diocesis
Cameracensis. 48. **C**
- D**omus beatæ Mariæ & **I**oānis euangelistę in **x**ta **S**eghenberch
in **H**oltzatia, diocesis **L**ubicensis. 49.
- D**omus sancti **H**ieronymi in **R**uremunda in **G**eldria, diocesis
Leodiensis. 50.
- D**omus sancti **P**etri apostoli in **H**egene in **C**omitatu **L**ingenfi,
diocesis **V**vormaciensis. 51.
- D**omus beatæ Mariæ in **I**nsula prope **C**onfluentiam, diocesis
Treuerensis. 52.
- D**omus beatæ Mariæ in **s**ylo prope **E**mediam in **O**estfrisia, di-
ocesis **M**onasteriensis. 53.
- C** **D**omus

- A** Domus sancti Anthonij confessoris in Alberghien in Twenta,
diocesis Traiectensis. 54.
- Domus sancti Nicolai in Bergum prope Levverdiam, diocesis
Traiectensis. 55.
- Domus Corporis domini in Colonia. 56.
- Domus sancti Petri in Daelhem, diocesis Padenbur-
nensis. 57.
- Domus sancti Viti prope Naerden in Hollandia, diocesis Tra-
iectensis. 58.
- B** Domus sancti Nicolai in Trutenhusen, diocesis Argenti-
nensis. 59.
- Domus sancti Pancratij in Hamersleue, diocesis Halbarsta-
densis. 60.
- Domus sancti spiritus in Vdem siue vallis gratie in terra Cli-
uens, diocesis Coloniensis. 61.
- Domus sancti Ioannis baptiste in Rebdorp, diocesis Eyste-
censis. 62.
- Domus sancti Hieronymi prope Leydis in Hollandia, diocesis
Traiectensis. 63.
- Domus beatę Marię virginis in Clusa, diocesis Treuerēsis. 64.
- C** Domus sancti Martini in Louanio oppido Brabantie, diocesis
Leodiensis. 65.
- Domus sancti Hyrenei martyris in Marbach, diocesis Basili-
ensis. 66.
- Domus beatę Marię in Bircling, diocesis Hiperbolensis. 67.
- Domus sancti Leonardi in Basilea, eiusdem diocesis. 68.
- Domus Rose vallis beatę Marię in Hasca in Vvestfrisia, dioce-
sis Traiectensis. 69.
- Domus beatę Christinę in Itervvñle, diocesis Argentinēsis. 70.
- Domus sancti Ioannis baptistę in Volkerdinchusen, diocesis
Padenburnensis. 71.
- Domus beatę Marię Magdalene in maiori Franckendael, dio-
cesis Vvormaciensis. 72.

A Catalogus generalis omnium domorum.

19.

- D**omus beatæ Mariæ virginis in Svauenheimi, diocesis Maguntinensis. 73.
- D**omus in Rauensberghem, diocesis Maguntinensis. 74.
- D**omus beatæ Mariæ in Arena prope Stralen, diocesis Coloniensis. 75.
- D**omus sancti Martini iuxta civitatem Turicensem, diocesis Constantiensis. 76.
- D**omus venerabilis corporis Christi in Bloemenberch, diocesis Padenburnensis. 77.
- D**om^o sancti Martini in Zindelsinghē, diocesis Cōstatiēsis. 78.
- D**omus beatæ Mariæ Montifragorum, Berenberch, diocesis Constantiensis. 79.
- D**omus sancti Laurentij in Hissa prope Sarburgū, diocesis Mentensis. 80.
- D**omus beatæ Mariæ in Bardesholm in Holfatia, diocesis Bremenensis. 81.
- D**omus sancti Ioannis baptiste in Merkeshusen in Holfatia, diocesis Maguntinensis. 82.
- D**omus sancti Georgij martyris in Sambaco, diocesis Ratifponensis. 83.
- D**omus montis beatæ Mariæ prope fluuium Iasonis, diocesis Caminensis. 84.
- D**omus Monialium capituli Vvindefemensis.
- D**omus campi beatæ Mariæ in Aemstelredamo in Hollandia, diocesis Traiectensis. *fundat. d^o 1394.* 1.
- D**omus vallis sanctæ Barbarę in Thenis oppido Brabatie, diocesis Leodiensis. 2.
- D**omus beatæ Mariæ & sancte Agnetis in Diepenuene iuxta Dauentriam, diocesis Traiectensis. *fundat. circa d^o 1406.* 3.
- D**omus beatæ Mariæ in Redinchem prope Vvageningen in Gelria, diocesis Traiectensis. *fund. d^o 1412.* 4.
- D**omus sancti Ioannis baptiste in Bronopia prope Cāpos diocesis Traiectensis, *fundatus circa d^o 1412.* 5.

C **n**

Domus

- A** Domus vallis angelorum in **Bonna**, **Dioecesis Coloniensis.** 6.
 Domus **Hierusalem** in **Traiecto**, eiusdem dioecesis. ^{a. 1424.} 7.
 Domus sancte **Agnetis** in **Dordracō** oppido **Hollandie** dioecesis **Traiectensis.** 8.
 Domus beate **Mariæ** in **Bethania** prope **Mechliniam** in **Brabantia**, dioecesis **Cameracensis.** 9.
 Domus beate **Mariæ** in **Bethania** prope **Aernhem** in **Gelria**, dioecesis **Traiectensis.** 10.
 Domus beate **Mariæ** in **Gandano**, dioecesis **Tornacensis.** 11.
 Domus beate **Mariæ** in **Facons**, in **Antverpia**, dioecesis **Cameracensis.** 12.
B Domus beate **Mariæ** in **Nouimagia**, in **Gelria**, dioecesis **Coloniensis.** 13.

Martini quinti bulla tertia, in qua continentur hæc,
 ¶ Prior superior per se, vel per visitatores generalis capituli **Vindesemensis**, singuli etiam priores & rectores in domibus suis, absoluerē possunt singulos canonicos fratres, familiares, **Domesticos**, continuos commensales, necnon & canonicos, fratres & familiares aliorum monasteriorum capitulo subiectorum, hospitandi causa ad eos declinantes: in omnibus casibus, præterquā sedi apostolice reseruatis, **Vota** quoq; cōmutare, & ecclesiastica sacramenta eisdem ministrare possunt.

C ¶ Prior superior dispensare potest super horis canonicis cum his qui senio confecti, aut infirmitate grauati, seu alias eas commode seruare nequeunt.

Martini quinti bulla quarta, quæ data fuit anno. 1429.

¶ **Nouas** indulgentias concedit, in festo venerabilis sacramenti.

¶ In hoc festo & per eius octauas diuina celebrari possunt in locis & terris interdictis, campanis pulsatis, & ianuis apertis: exclusis tamen excommunicatis, sed interdictis admissis, illis tamē qui causam interdicti dederunt, altari nullatenus appropinquantibus.

Sacro sancte synodi **Basiliensis** bulla prima.

¶ In hac

In hac, priuilegia a **Martino** quinto concessa cōfirmantur pro quorum cōseruatione, tres constituūtur commissarij, videlicet **Mariæ** ad gradus **Coloniensis**, sancti **Ioannis Traiectensis**, & sancti **Martini Embricensis**, prepositi.

Sacrosancte synodi basiliensis bulla secunda.

Huic bullę inseruntur priuilegia multa, scitu digna, nempe concessa ab imperatoribus, **Frederico** secūdo & **Carolo** quarto.

Tres etiam constituuntur ordinis cōseruatores & iudices, videlicet **Archiepiscopus Coloniensis**, **Decanus ecclesię Traiectensis**, & **Decanus Dordracensis**, qui nostra bona & iura cōseruarent & defenderent.

In tertia **Basiliensis** synodi bulla cōceditur nobis, q̄ reliquias sanctorum, recipere & habere possumus.

Eugenij pape quarti, bulla prima.

Eugenius tres nobis constituit cōseruatores & iudices, scilicet **Abbatē sancti Iacobi Leodiensem**, **Decanum sancti Saluatoris Traiectensem**, & officialem **Coloniensem**.

Eugenij papę quarti, bulla secunda, quę tractat de receptione donatorum, de qua mentio fit in constitutionibus nostris.

Eugenij papę quarti bulla tertia, in qua conceditur generali capitulo, immutare posse & alterare, horas & preces recitandas a redditis, conuersis, & donatis.

Eugenij papę quarti bulla quarta, vbi inhihetur ne posthac, capitulum generale, aliqua monasteria monialium assumat.

Eugenij papę quarti, bulla quinta,

Si episcopi, de suis iuribus inter se lites habuerint: ordines sacros recipere possumus a quocunq; episcopo.

Eugenij papę quarti, bulla sexta & c.

Pius papa secundus concessit q̄ curam animarum exercere possumus, in eos qui nostris insistant obsequijs, per omnia sicut pastores & rectores parochialium ecclesiarum.

Ecclēas & altaria erigere, & iterum destruere, & de nouo reficere possumus, si ordinarius requisitus sine pecunie exactione,

A per mensem dare distulerit.
 ¶ In ecclesijs parochialibus, per ordinarios vel quoscunq; alios inuestiti: per capitulum vel suos priores sine consensu ordinariorum, reuocari possunt.

Iulianus Cardinalis sancti Angeli, & legatus a latere, concessit nobis, qd decimas habere possumus, & altaria portatilia.

Anthonius episcopus Ostiensis, Cardinalis Bononiensis suo diplomate concessit, qd nō oporteat nos vitare excōmunicatos: nisi in nostris ecclesijs publice denunciati fuerint.

B ¶ Item cum infirmis dispensari poterit, super horis dicendis.

¶ Item priores vota commutare possunt in alia pietatis opera.

¶ Item qd indulgentias tam intra quam extra urbem datas, promereri possumus.

Nicolaus de cusa, Cardinalis sancti Petri ad vincula, & legatus per alemaniam, concessit nostris sacerdotibus, in fine suarum Missarum, & in principio dicentibus. Et famulum tuum **N.** papam & **N.** antistitem nostrum, vna cum ecclesia catholica, ab omni aduersitate custodi, quinquaginta dies indulgentiarum. ¶ Qui vero diebus celebribus, vna hora, deuotionis gratia a colloquio se abstraheret, & lectioni vel deuotioni operam dederit, triginta dies indulgentiarum.

C ¶ Item si quis quocunq; modo ita se leserit vt mors inde sequatur extra cimiterium occulte sepeliri potest.

David episcopus Traiectensis, suis literis, capitulum nostrum a sua & successorum suorum visitatione, correctione, & reformatione penitus exemptum esse fatetur. Quas literas prelati quinque ecclesiarum, etiam appensione suorum sigillorum roborauerunt.

Sixtus quartus, in prima sua bulla, privilegia a Martino quinto concessa approbat, inlubens omnibus ordinarijs ne quo modo monasteria capitulo subiecta visitare presumat, aut quicquam ordinare, sub pena, &c.

¶ Item

A ¶ Item de absolute in causa simonie, & q̄ suis ordinibus & gradibus retentis, ministrare possunt.

¶ Item q̄ priores & rectores suos subditos absoluere possunt ab omnibus casibus, etiam sedi apostolice reseruatis, semel in vita & in mortis articulo, & plenariam peccatorum remissionem impendere.

Sixtus quartus in secunda sua bulla declarat, q̄ premissa omnia nobis concessit, donec & quousq; in regulari nostra obseruantia perstiterimus.

Sixtus quartus in tertia sua bulla decreuit, q̄ ad regulę & constitutionum nostrarum, & non synodaliū aut prouincialium statutorum obseruantiam, astricti sumus.

Sixtus quartus in quarta sua bulla, literas Eugenij pape, & Anthonij cardinalis, nec non & Davidis episcopi Traiectensis, approbat & confirmat.

¶ Extendit etiam omnia priuilegia nobis concessa, ad omnia & singula monasteria, & vtriusq; sexus obedientiaris, familiares, & continuos commensales.

¶ Defunctorum corpora exhumare, & iterum sepelire possumus.

¶ Obedientiaris omnes, familiares, & continui commensales exempti sunt, ab omni iure & lege parochialium ecclesiarum, exceptis tamen concordijs dudum initis, illisq; firmis manentibus.

¶ Capitulū generale inobedientes & rebelles dimēbrare potest.

¶ Ordinarij, nullam curam, visitationem, reformationem aut promissionem cuiuscūq; domus nobis imponere possunt, neq; fratres nostros euocare.

¶ Precipitur omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus quacūq; etiam dignitate præfulgeant: vt in apprehensione fugitiuorum, assistentiam nobis præbeant.

¶ Idem pontifex monasteria nostra, & omnia bona tam mobilia quā immobilia, præsentia & futura, incorporauit & iuxta vulgare

A vulgare patrie, mortificauit, & omni libertate ecclesiastica gaudere debere, decreuit.

Innoctius octauus, in prima sua bulla, priuilegia nostra omnia approbavit.

¶ Concessit, vti, & gaudere, nos posse omnibus priuilegijs Cathusienfibus & Cisterciensibus, tam in genere quam in specie concessis, & in futurum concedendis.

Innoctius octauus in secunda sua bulla, tres constituit conseruatores, videlicet sancti Laurentij Traiectensis, Sancti Iacobi Maguntinensis, sancti Martini Coloniensis, monasteriorum

B Abbates.

¶ Innocentij octauj bulla tertia.

Innoctius episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam, sacre religionis honestas, sub qua dilecti filij capitulum Vindesemense, ordinis sancti Augustini, Traiectensis diocesis, & illius persone vtriusque sexus, in humilitatis spiritu, deuorum & sedulum exhibent altissimo famulatum, ac deuotionis synceritas quam ad nos & Romanam gerunt ecclesiam promeretur, vt eorum tranquillitati & paci ea velimus charitate consuleri, cuius obtentu, valeant eo liberius quo quietius, altissimo reddere famulatum. Dudum siquidem a felicitis recordationis Sixto papa iij. predecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequenter. **¶** Sixtus episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Dum ad vniuersos regulares ordines, ac loca iugi sanctimonie dedita, personasque voto religionis astrictas, pro iniuncto nobis apostolice seruitutis officio, crebris vigilijs, & indefessis studijs attendimus, ad illum precipue Canonicorum regularium, Congregationis lateranensis, ordinis sancti Augustini, eo libentius nostre mentis oculos conuertimus, quo ordo ipse in nascentis ecclesiae sancta institutione, ac primorum christiane religionis clericorum norma traditionibusque fundatus, & sacris institutis ac diuinis regulis eloquiisque premitus exstitit, ab eiusque primeua fundatione varijs virtutum me-

C
Sixtus:

ritis fem-

ritis semper resplenduit. Quam ob rem nonnulli romani pontifices predecessores nostri innumeris religionē ipsam priuilegijs, dignisq; honoris titulis, nō immerito decorarūt. Vnde nos eorum ductos exemplo decet, vt congregationem ipsam lateranensem, in agro dominico multiplicēs & vberēs sancte conuersionis fructus indies afferentem, nostris etiam specialibus gratiarum muneribus muniamus, & his quę pro ipsius ordinis & congregationis laude ac personarum, vota sua sub suauis religionis iugo inibi exoluentium, pace & quiete processerunt, ne in contentionis scrupulum labantur, sed firma pariter & illibata, persistant, nostri adijcimus muniminis firmitatē. ¶ Dudum siquidem felicitis recordationis Martinus papa quintus predecessor noster, dilectos filios tunc singulorum monasteriorum, prioratum, prepositurarum, & ecclesiarum ordinis sancti Augustini, priores, prepositos, rectores, canonicos, & conuentus, de congregatione sancti Saluatoris lateranensis, tūc de frixionaria vulgariter nuncupatos, vt deo quietius perpetuo famulari valerēt, gratiosis fauoribus prosequi volens, ad honorem omnipotentis dei, eiusq; matris virginis gloriose, ac beati Augustini confessoris, pro religionis incremento, q̄ ex tunc in antea, Priores, prepositi, rectores, canonici, & conuentus prefati, pro eorū perpetua soliditate ac cōuersatione, quāquā diuersorum locorū ac monasteriorum professi existāt, nihilominus vnum corpus, vnaq; congregatio, simul & inuicem connexa censerētur, ac sub vna & eadem lege obseruantie regularis vnitate, morūq; conformitate, & eisdem consuetudinibus, priuilegijs, ordinationibus, & statutis subessent, ac pro religionis & cōgregationis huiusmodi conseruatione, augmento, & felici in domino obseruātia vera, sanctitatisq; successu, pro celebrandis eorum capitulis, eligendis rectoribus locorum ipsorū, ac quāpluribus alijs monasteriorū & locorum predictorū regimen & gubernationē in spiritualibus concernētibus, acceptandisq; & recipiēdis iusto titulo locis & monasterijs, tam factis quā de nouo construendis, a quo-

A

Martinus quintus.

B

C

D

dis, a quo-

A dis, a quocunq; prelato catholico & ecclesiastica persona, neq; rege, p̄cipe, duce, vel barone, dominio, vel cōmunitate, & quolibet alio christi fideli, quā plura salubria statuit & ordinavit, ac voluit q; tam statuta & ordinationes predicta, quā cetera dicta priuilegia, concessiones, immunitates, & gratie, singulis antedictis monasterijs ac locis ipsius religionis & congregationis, per Romanos p̄tiffices p̄decessores nostros, seu pro Romanis p̄tifficibus se gerentes, reges, duces, barones, principes, dominia & cōmunitates cōcessa, que omnia haberi voluit pro expressis, & in posterū concedenda, in omnib; & per omnia, ad vniuersa & singula loca, monasteria, prioratus, p̄posituras & domos, eorumq; personas que tunc & procedente tēpore, ad huiusmodi religionem & congregationem, ac eiusdem canonicos reducta & vnita essent, seu reduci & vniri contingeret, cum illius ac illorum suppositis vel vnitis, ac per eosdem canonicis acquisitis, & iusto titulo acquirendis, vt p̄fertur: extendi debere. ¶ Et

B deinde pie memorie Eugenius papa iij. etiam p̄decessor noster, sacrosanctam ac venerandā Lateranensem basilicam, ad primenam institutionem, primeuq; eius statum, videlicet canonicorum regularium, ex certis tunc expressis causis, post deliberationem prouidam, quam cum fratribus sancte romane ecclesie cardinalibus habuit diligentem, pro ecclesie dei & catholice fidei christianeq; religionis honore, ac saluatoris nostri gloria, publica; vtilitate & ipsius basilice lateranensis statu, veneratione, commodo, & honore, reducens & reponens: vt ordo canonicus, qui secundū deum ac beati Augustini regulam ibi noscebatur institutus, perpetuis futuris temporibus in dicta ecclesia vigeret, & inuiolabiliter obseruaretur, ordinē & cōgregationē huiusmodi in p̄fata ecclesia instituit, erexit, ac deputauit, dictaq; lateranensem basilicam, cum omnibus suis spiritualibus & temporalibus bonis, membris, iuribus, iurisdictionibus, priuilegijs & exemptionibus, in perpetuum eidem cōgregationi concessit & commisit, eorumq; cure & administrationi tribuit & donauit,

Eugenius quartus.

nauit, atq; decreuit & statuit vt omnes deinceps dicte congrega-
 tionis, conuentus & loca, ab huiusmodi sancte basilice lateranē-
 si titulo, vt congregationis totius capite, nomen acciperent, &
 saluatoris congregatio appellaretur, ac singulos dicte congrega-
 tionis canonicos vbicunq; domino seruietes, huius basilice cle-
 ricos ministros & religiosos, ac de ipsius capituli gremio, in om-
 nibus iuribus & priuilegijs ceteri decreuit. ¶ Et successiue san-
 cte memorie Nicolaus papa v. similiter predecessor noster, tam
 Martini quam Eugenij literas predictas, nec non omnia & sin-
 gula in eis contenta, ac quecunq; inde secuta approbans & con-
 firmans, eaq; plena firmitatis robore subsistere, nec non perpetuis
 futuris tēporibus inuiolabiliter obseruari debere decernēs,
 per quasdam etiam suas, concessit & indulgit omnibus & singu-
 lis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, locis, & personis, vbicunq;
 consistentibus & constituendis, presentibus & futuris, congrega-
 tionis canonicorum huiusmodi: vt illis omnibus in eorun-
 dem martini & Eugenij predecessorum literis contentis, ac alijs
 exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, gratijs
 & indultis, bonisq; & iuribus spiritualibus, concessis & concedē-
 dis, quibus præfata nostra ecclesia lateranensis, & ab ea dependē-
 tia utebantur & gaudebant, seu vti & gaudere consueuerant aut
 possent quomodolibet in futurum, ecclesie monasteria, priora-
 tus, loca & personę huiusmodi, in omnibus & per omnia, pari-
 formiter & absq; vlla differentia, perpetuo vti & gaudere libere
 & licite possent. ¶ Postea vero eodem Nicolao predecessore, re-
 bus humanis exempto, cū canonici dicte congregationis, a præ-
 fata ecclesia, per nōnullos ciues romanos fuissent eiecti: pie me-
 morie Calixtus papa iij. similiter predecessor noster, etiam per
 alias suas literas statuit & ordinauit, qd canonici cōgregationis
 huiusmodi, a cura & gubernatione eiusdē ecclesie desisterēt, & il-
 lā in posterū per canonicos seculares regi & gubernari debere.
 Et licet postmodū recolēde memorie Paulus papa ij. etiā prede-
 cessor noster, canonicos regulares ac cōgregationis huiusmodi,

A

Nicolaus. 5.

B

C

Canonici Regu-
lares epiciuntur.

Calixtu. iij.
Seculares cano-
nicos introduxit.

Paulus. ij.
Regulares cano-
nicos restituit.

D a ad regi-

Canonici Regu-
lares iterū ex-
pelluntur.

A ad regimē & gubernationem dictę ecclesię restituisset: nihilominus eo quoq; de medio sublato, canonici eiusdem congregationis, denuo ab eadem ecclesia fuerunt amoti, atq; ex ordine & mandato nostris, decretum & statutū fuit, qđ eadē ecclesia perdictos canonicos seculares, de cetero regeretur & gubernaretur. **E**t demum, ne in dubiū reuocari posset, an ex calixti & nostris literis, huiusmodi nomen & titulus seu intitulatione congregationis lateranensis, suppressa & sublata essent, ac immunitates, gratię, priuilegia, & indulta, eidem congregationi lateranensi, tam per ipsum **E**ugenium quā per alios romanos pontifices perdictos concessa, censerentur reuocata: per nonnullas etiam alias literas nostras, omnes & singulas tam **E**ugenij quoad nomē & intitulationem congregationis lateranensis, quā omnium & singulorum priuilegiorum, & immunitatum, aliorum predecessorum literas approbantes & confirmantes, decreuimus & declarauimus, tam per perdictas eiusdem predecessoris calixti, quā nostras priores literas, & inde secuta quęcunq; prefate cōgregationi lateranensi quoad nomē & intitulationē perdicta, nec non immunitates, priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi, tam per **E**ugenium quā per alios predecessores perdictos, eidē congregationi lateranēsi, eiusq; canonicis & personis concessa: in nullo preiudicatū aut derogatum fuisse, aut esse quoquomodo. **E**t pro potioris cautele suffragio literas **E**ugenij predecessoris perdicti, in pristinum & eum statum videlicet quoad nomē & intitulationem congregationis lateranensis, nec non immunitates, priuilegia, gratias & indulta illi cōcessa, in quo olim antequā a calixto predecessore prefato, & etiā a nobis literę huiusmodi emanassent, quomodolibet existebant, reposuimus, restituiimus, & plenarie reintegrauimus, prout in singulis predecessorum ac nostris literis perdictis respectiue, quarum tenores presentibus haberi uoluimus pro expressis & insertis, plenius continetur. ¶ Nos itaq; qui congregationi huiusmodi, illiusq; monasterijs, ecclesijs, locis & personis, propter eorū laudabilem & religi-

& religiosam vitam, ac multiplices & vberes fructus, quos in vi
 nea domini, altissimo ministrante, dietim afferunt singulari de-
 uotioe afficimur, ipsos & eorum monasteria, ecclesias atq; loca,
 etiam maioribus gratijs prosequi volentes, motu proprio, non
 ad eorudem canonicorum vel alicuius pro eis nobis super hoc
 oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, &
 certa scientia, ac de nostre plenitudine potestatis, quecunq; pri-
 uilegia, gratias, immunitates, libertates & exēptiones, tam per
 prædictos, quàm per alios summos pontifices prædecessores no-
 stros, romanosq; imperatores, reges principes, & alios christifi-
 deles, eidem congregationi. eiusq; membris, locis ecclesijs, mo-
 nasterijs, & personis quomodolibet concessa, ac omnia & signi-
 la in eis contenta, & quecunq; inde secuta, tenore præsentiu con-
 firmamus & approbamus, ac plenum robur & omnimodã fir-
 mitatem, perpetuis futuris tēporibus obtinere, & inuiolabiter
 obseruari debere volumus atq; decernimus. ¶ Attendētes au-
 tem, quante venerationis & sanctimonie semper fuerit congre-
 gatio huiusmodi in ecclesia dei, & quantum plantatio sacra nor-
 maq; religionis christiæ floruerit, ac propterea decēs, quinimo
 debitum reputantes, vt specialibus prærogatiuis gaudere, ac sub
 nostra & eiusdem sedis protectione militare, præcipuisq; hono-
 ribus & gratijs extolli & decorari debeat: congregationem ip-
 sam illiusq; monasteria, membra, ecclesias, & loca quelibet, ac il-
 lorum canonicos seu personas, presentes & futuras (vagabun-
 dis & fugitiuis exceptis, aut aliter extra ordinem seu congrega-
 tionem ipsam absq; superiorum licentia commorantibus, qui-
 bus nolumus hæc aliquo modo suffragari) a quorūcunq; prædicte
 sedis legatorum ac eius nūciarum, patriarcharum, archiepisco-
 porum, episcoporum, & aliorum quorūcunq; iudicum, ordinari-
 orum & extra ordinariarum iurisdictione, autoritate, potestate,
 dominio, visitatione, cura, ac charitatiui subsidij subuentioe, &
 exactio[n]um quarūcunq; prestatione, nec nō synodalibus, & al-
 terius cuiuscunq; congregationis, seu processionū euocationi-
 bus, mo-

A

B

N^o.

C

Exēptio ab om-
 ni iurisdictione
 ordinariarum, a
 visitatione, cha-
 ritatiui subsidij
 subuentione, a
 synodalibus &
 processionū euo-
 cationibus. &c.

D ; bus, mo-

Ordinarij aut a-
lii quicūq; nulla
in nos exercere
possunt superi-
oritatem aut iu-
risdictionē neq;
aliquem nostrum
excommunicare.

B**C**

bus, motu & scientia prædictis, penitus & omnino eximiamus, ac totaliter liberamus, eamq; in ius & proprietatem beati Petri ac sedis eiusdem, & sub eorū speciali protectione atq; nostra suscipimus, ita q; de cetero cum monasterijs, mēbris, ecclesijs, locis, personis, & iuribus suis quibuscūq; eidem sedi immediate subiecta existat, & omnino esse censeatur. Quodq; legati, aut nunciij præfati, seu locorum diocesani, aut alij ordinarij quicūq; vel alię quevis personę, quantacūq; ampla præfulgeant dignitate, seu præ eminentia, in congregationē, canonicos, personas, monasteria, ecclesias, mēbra & loca prædicta, utpote pro sus exempta, excommunicationis, suspēnsionis, aut interdicti sententias, seu alias censuras siue penas, specialiter vel generaliter, eorum autoritate ordinaria promulgare, nec vllam aliā in monasteria, ecclesias, personas, & loca huiusmodi præ eminentiam, superioritatē, & iurisdictionē, quomodolibet exercere possent, etiam ratione contractus vel delicti, seu rei de qua ageretur vbi cūq; iniatur contractus, committatur delictum, aut res ipsa consistat: decernentes ex nunc omnes & singulos processus, ac excommunicationis suspensionis & interdicti sententias, censuras & penas, quas & quicquid contra congregationem seu illius canonicos personas, monasteria, ecclesias & loca haberi & fieri contigerit seu etiam promulgari, irritos & inanes, nulliusq; roboris vel momēti esse, ac pro nullis & infectis haberi debere, etiam exemptione congregationis huiusmodi quam tāquam notoriā & manifestā haberi volumus, nō aliter allegata seu aliter de ea mentione facta. Præterea ne congregationem ipsam & illius canonicos per locorum ordinarios quavis occasione vel causa, & præsertim ratione parochialium ecclesiarum, seu aliorum locorū dictę congregationis pro tempore, quibus cura animarum imminet, molestari contingat, & huiusmodi pretextu in congregationem & canonicos prædictos aliquam superioritatem seu dominium habere pretendant: ipsis quoq; concedimus & indulgemus, ut in parochialibus ecclesijs huiusmodi, possit con-

gregatio

gregatio ipsa seu illius canonici predicti, per se, aut per presbiteros seculares, vel regulares, sui aut cuiuslibet alteri^o ordinis, alias tamen habiles & idoneos, ad ipsorum nutu deputandos, & amouibiles, animarum curam predictorum parochianorum, ecclesiaru parochialiū huiusmodi libere & licite exercere, quodq; ipsi capellani dum curam huiusmodi gerent, ea libertate atq; exemptione fungantur & vbiq; fruantur, ac si ex canonicis congregationis & ordinis predictorum existerent. ¶ Et quia eiusdem cōgregationis canonici de locis ad loca illius sepius trāsferuntur, propter quod perpetuam in certis & determinatis dicte congregationis monasterijs seu ecclesijs aut locis non habent mansionem: volumus etiam atq; concedimus, vt liceat eidem congregationi suos canonicos ad omnes etiam sacros ordines promouendos, idoneos tamen & iuxta conscientiam prelatoru illius approbatos, quibuscuq; maluerint catholicis antistitibus, gratiam & cōmunionem apostolice sedis habentibus presentare, ipsiq; antistites presentatos a suis prelatiis canonicos sine vlla examinatione per eosdem antistites faciēda vel absq; alia promissione aut obligatione promouendoru canonicoru ad ordines quoscunq; etiā sacros promouere possint ac debeāt. ¶ Porro vt congregatio ipsa circa celebrationem missarum etiā specialibus priuilegijs gaudeat, eidē pariter & illius canonicis pro tempore, vt in ipsoru itineratione, altare portatile cum debita reuerentia & honore habere, super quo, in locis tamē congruis & honestis, missas & alia diuina officia, etiam per vnam horam ante diem & vsq; ad horā nonam, in ipsa itineratione, aut alias, ad hoc causa subsistente, celebrare ac sacramenta ecclesiastica ibidem recipere, & vbi generale seu in aliquo speciali loco interdictum fuerit, in ecclesijs suis, ac in altari portatili predictis, & alijs quibuscuq; locis honestis, huiusmodi missas & alia diuina officia celebrare: ita tamen q; in locis ecclesiastico interdicto suppositis, debeant ianuis clausis & excommunicatis expulsis, atq; interdictis exclusis, non pulsatis campanis & submissa,

A Parochiales ecclesias habere possumus, & ibidem canonicos nostros, vel alios constituere.

Capellani seculares, quadiu ecclesiaru nostrarum cura gerūt ea libertate & exemptione funguntur, ac si de ordine essent.

B Ad ordines suspicuos presentati, examinari nō debent. *Sp. vlt. Con. lxxi.*

Altare portatile habere possumus.

C Tempore interdicti diuina celebrare possumus, interdictis & excommunicatis exclusis.

A & submissa voce eadem diuina celebrare, dum tamen ipsi canonici causam non dederint interdicto, nec contingat id eisdem specialiter interdicti, neq; ecclesie & loca ipsa fuerint specialiter interdicta. ¶ Et cum excommunicatis a iure dūtaxat, non tamen pro talibus publicatis, conuersari: dummodo in contemptum clauium non fiat, nec non omnibus & singulis qui in eorum & congregationis predictę existunt obsequijs, ac in ipsorum morantur locis, cuncta ministrare ecclesiastica sacramenta, & eos cum decedere contigerit in ecclesijs suis predictis libere & licite sepelire possint & valeant, plenam licentiam concedimus & facultatem. ¶ Ceterum vt congregatio ipsa & illius canonici, maioris immunitatis gratia fruantur: motu scientia & tenore similibus volumus, atq; decernimus, vt ad prestationem procuratorum legatorum dicte sedis & nūciorum ipsius, seu diocesanorum, locorum, aut exactionum, vel collectarum, seu subsidiorum, vel prouisionum, aut onerum quorumcunq; nec etiā ad solutionē decimarum (quas papales appellant) & quas sedes apostolica pro christiane fidei defensione, ac alijs imminētibus persepe necessitatibus imponit, minime teneantur, neq; obligati sint etiam si per quoscunq; exemptos persolui mandentur, cū quibusuis derogatorijs & fortioribus clausulis, nec eos ab eorum solutione cessando, censuras & penas incurrere, nisi presentibus de verbo ad verbum & earum tenore toto inserto, & nō per generales clausulas, specialiter & expresse derogetur, & de ipsis omnimoda & indiuidua mentio fiat. ¶ Pręterea vt idem canonici cum maiore animi sui quiete, altissimo exoluāt vota sua, prouidere volentes: statuimus & ordinauimus, vt ipsi per literas eiusdem sedis, aut legatorum seu delegatorū ipsius, iam forsan concessas, aut de cetero sub quacunq; verborū forma concedendas, a quoquā, ad pecuniam colligendum, seu correctionis aut visitationis officium, monasterijs vel ecclesijs seu quibuscunq; personis impendendum, vel ad cognitiones causarum, citationes partium, & denunciationem sententiarum interdicti

Cū excommunicatis a iure, cōuersari possumus, quamdiu pro talibus publicatis non fuerint.

Nō tenemur ad prestationem legatorū apostolice sedis, vel diocesanorū locorum, aut exactionum, &c.

Decimas papales soluere non tenemur etiam pro christiane fidei defensione.

Cogi non possumus ad pecuniam colligendam, ad visitandum, ad cognitionē causarū, ad curā moralium, &c.

terdicti & excōmunicationis procedēdum, ac eura monialiū
seu religiosarum quarūlibet personarū recipiendū, minime co-
gi possint: nisi in huiusmodi literis, de hoc indulto ac cōgrega-
tione & ordine prædictis, expressa vt prefertur fiat mētio. ¶ **Se-**
pulturam quoq; in locis cimiterijs & ecclesijs dicte congrega-
tionis concedimus, & eam liberam esse decernimus, ita q; deuo-
tioni & extremę voluntati eorū qui in locis huiusmodi sepeli-
ri voluerint, nullus obsistat: salua tamen iusticia illarum ecclesi-
arum a quibus mortuorum corpora assumūtur. ¶ **S**tatuentes
nihilominus, vt pro rebus quę in ornamentis, libris, fabrica, lu-
minaribus, anniuersario, septimo, vicesimo, tricesimo, siue alijs,
ad perpetuum cultum diuinum, aut pro victu & sustentatione
dictorum canonicorum, vel indumētis, nec non pro annuis cen-
sibus redimendis, ad quorum solutionē aliquę ecclesię seu mo-
nasteria dicte congregationis obligata noscuntur, vel de domi-
bus, prædijs, rebus, hortis & bonis, alijsq; locis dicte congregati-
onis oportunis, quę canonicis & congregationi huiusmodi re-
linquuntur: nulli teneantur canonicam portionem tradere, ita
tamen q; in reliquis casibus quā prædictis, in quibus quarta
ipsa soluenda foret, soluere, vel conuentiones si quę essent inter
canonicos præfatos & locorum ordinarios ac ecclesiarum recto-
res laudabiles & honeste, in posterum obseruari debeāt. ¶ **P**ro-
hibemus insuper omnibus & singulis, cuiusuis status gradus or-
dinis vel conditionis seu nobilitatis aut præminentie fuerint,
& quacunq; ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate,
ne in præmissis, a congregatione & canonicis huiusmodi, vel vl-
timarum voluntatum executoribus, seu decedentiū heredibus,
occasione premissa, aliquid exigere vel extorquere præsumant.
Et si forte per nos vel sedem prædictam, de legatis, pie depositis
& relictis, in genere vel in specie, decima vel alia portio seu quo-
ta, alteri pię vel non pię rei, ex quauis causa hætenus, & præser-
tim ecclesię sancti petronij ciuitatis bononięsis cōcessa fuissent,
aut in futurum concedi seu solui aut dari, mandari contigerit:

Sepultura apud
nos eligi potest.

Canonicam por-
tionē de his que
nobis relinquē-
tur dare non te-
nemur.

E congre-

A

congregationem & canonicos huiusmodi, & illorum ecclesias, monasteria, loca, & eius legata ac relicta, aut alias in eorum fauorem exposita, ipsa in concessionibus & mandatis huiusmodi includi, seu comprehendi non debere decernimus, nisi de congregatione, canonicis & ordine predictis, ac presenti decreto, specialis & specifica mentio fiat in eisdem. ¶ Porro volumus atq; de-

Contra nos & bona nostra, prescribi non potest, nisi spacio lx. annorum continuorum.

B

cernimus, qd contra congregationem ecclesias, monasteria, loca, res, bona, & iura sua predicta, tam presentia quam futura, prescribi non possit: nisi spacio sexaginta annorum continuorum, quodque nulla alia quam sexagenaria, contra congregationem, canonicos, ac bona, & iura sua, predicta currat prescriptio, cassantes, annullantes, abrogantes, & penitus irritantes, omnem aliam prescriptionem, quam congregatio ipsa, tam ratione ecclesiarum, monasteriorum, locorum, rerum, bonorum, et iurium suorum huiusmodi, quam alias iam forsan incurrere cepisset. ¶ Ut

Prior superior (qui hic nomine rectoris intelligitur) visitatores & ceteri priores absolueri possunt omnes obedientias & commissos, in omnibus referuatis casibus: exceptis, &c.

C

autem rector & visitatores & singuli priores dicte congregationis, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur, presentes & futuri, qui nunc sunt & qui pro tempore erunt, amplioribus prerogatiuis & indultis gaudeant, eis concedimus, ut cum canonicis, nouicijs, conuersis, & commissis eiusdem congregationis, dispensatione indigentibus, siue priusquam intrauerint congregationem & ordinem huiusmodi siue post, in casibus quibus excefferint, & pro quibus excommunicationis vel interdicti aut suspensionis sententias, a iure vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & huiusmodi sententijs innodati, aut in locis generali vel speciali ecclesiastico suppositis interdicto, diuina officia celebrantes, vel suscipientes ordinem, sic legati, notam irregularitatis similiter incurrissent, & in omnibus alijs casibus, etiam ex causa cuiuscumque simonie, qualitercumque generaliter vel specialiter sedi apostolice referuatis, exceptis dumtaxat, hereticorum relapsorum, scismaticorum, deferentium prohibita ad infideles, & literas apostolicas falsificantium, quos omnino ad eandem sedem remitti volumus: absolutionis & dispensationis beneficium iuxta casuum exigentiam valeant impartiri.

Istum

Item articulum, capitulum generale ita modificauit, q̄ beneficium dispensationis & absolutionis in causa simonie, realiter & scienter facte, & irregularitatis exinde contracte, reseruetur capitulo generali: vel priori superiori duntaxat infra annū, & quibus ipsi vel alter eorū, hoc specialiter & nominatim, ex terra scientia, duxerint cōmittēdū.

Notandum præterea, q̄ absente priore, locum eius tenentes, uti gratia hic illis concessa, non possunt: quia hæc autoritas per capitulum restricta est, & penitus cassata, saluis illis quæ in nostris constitutionibus eis conceduntur.

Item per rectorem, qui hic & alias interdum in hac bulla nominatur: non intelligitur rector monialium, sed prior superior.

Canonicis vero & alijs, quos pro tempore rector generalis, visitatores & priores prædicti, in proprios habuerint cōfessores: eisdem rectori visitatoribus & prioribus absolutionis & dispensationis huiusmodi beneficium etiam concedere possunt. **¶** Et ut canonicis dicte congregationis omnis vagandi adimatur occasio, & ne ipsi ad sedem prædictam veniendi seu recurrenti vllam valeant sumere occasionem, diffinitoribus capituli generalis duntaxat eiusdem ordinis, cum quibusuis personis, defectū nataliū ex adulterio incestuoso, & quouis alio nefario & illicito coitu prouenientem patientibus, nec non rectori & visitatoribus, cum his qui ex quauis causa, præterquàm homicidij voluntarij, bigamie, mutilationis membrorū, irregulares forent postquam congregationem ipsam ingressi, & illam expresse professi fuerint, perpetuo dispensandi, ut defectu & irregularitatibus huiusmodi non obstantibus, ad quoscunq; etiā sacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & ad quęcunq; officia, administrationes, seu dignitates prædicte cōgregationis, aut illius ecclesiarum monasteriorū & locorū, recipi & assumi, illaq; gerere & exercere, libere ac licite, & absq; dispensatione dicte sedis, quoties opus fuerit valeant: licentiam & facultatem similiter concedimus & etiam indulgemus.

Item articulum capitulum generale ita modificauit, q̄ dispensatio super defectum natalium patientibus, quantum ad dignitates & curæ animarum receptionem, administrationem seu executionem: apud diffinitores generalis capituli, vel priorem superiorē residebit.

¶ Nec non ut ipsi canonici (alias tamen idonei) per superiores congregationis prædictæ, ac locorū suorum pro tempore deputandi, confessiones omnium & singulorum,

A

Priores sibi eligere cōfessorem possunt.

B

Diffinitores capituli generalis, dispensare possunt cū nataliū defectū patientibus: ut ad sacros ordines & dignitates promoueri possint.

C

Canonici nostri per suos superiores ad hoc

Bulla Innocentij octauj.

A deputati, confessiones quorumcumque audire possent, & sacramentum eucharistie ministrare, præterquam i die Pasche sed hoc restrictum est.

35 rum, vtriusque sexus, libere & licite, tam in locis ipsorum canonicorum, quam extra, audire, ac confitentibus huiusmodi pro commissis possint iniungere penitentiam salutarem, & eisdem confitentibus eucharistie sacramentum in ecclesiis præfate congregationis, libere & licite similiter ministrare possint ac valeant, præterquam in festo resurrectionis domini nostri Iesu Christi.

Pro restrictione istius articuli, capitulum generale interdixit omnibus professoribus & obedientiaris capituli, cuiuscunque conditionis & status existant, quarumcumque extraneorum personarum confessiones recipere, aut eisdem impendere, quacunque absolutionem, tam a peccatis quam a censuris, sed neque earum vota commutare, nec cum eisdem dispensare, aut illis pro quocunque tempore, ministrare eucharistie sacramentum nisi secundum formam in constitutionibus nostris expressam, vel de licentia capituli generalis vel prioris superioris.

B ¶ Et cum sicut accipimus congregatio ipsa in insula tremitana, in mari adriatico, in partibus italie, prope provinciam apulie consistente, & longe a terra distante, insigne habeat monasterium, ad quod sepius maritimi & nauigantes, ut inibi portum recipiant declinant, & nulla in dicta insula existat ecclesia præter ipsius monasterii ecclesiam: ne declinantes huiusmodi ecclesiasticis careant sacramentis, congregationi & canonicis prædictis pariter concedimus, ut ipsis declinantibus, ac seruitoribus quos ad seruitium retinent monasterii, possint etiam in festo resurrectionis, eucharistie & omnia alia ecclesiastica sacramenta ministrare, nec non cum piratis & alijs excommunicatis humaniter conuersari, ac eisdem in dicto loco necessaria vite exhibere: cum difficile admodum foret canonicis & personis eiusdem loci piratas huiusmodi euitare, propter eorum sepius ac dictorum canonicorum per illas partes transitum, cum inuicem sepe casualiter conueniant, & nisi ipsi canonici cum dictis piratis humaniter agerent, ab eis multipliciter offendi possent, dummodo dicti canonici non participent cum piratis prædictis aut alijs excommunicatis in crimine, propter quod excommunicationis sententiam incurrerent. ¶ Ceterum ut congregatio & canonici prædicti, vberiori facultate, circa vtilitatem & commodum monasteriorum

Capitulum generale vel prior superior, licentia

ecclesiarum & locorum suorum huiusmodi ac illorum iurium gaudeant: capitulo generali congregationis prædicte, ac illius pro tem-

pro tempore rectori maiori, per presentes impartimur auctoritatem, concedendi prepositis, abbatibus, prioribus, & capitulis ecclesiarum, monasteriorum, & locorum suorum huiusmodi, licentiam permutandi seu alienandi, quoties opus fuerit, quecumque bona immobilia congregationis predictae, ac illius monasteriorum ecclesiarum & locorum, pro ipsorum tamen euidenti utilitate.

¶ Demum saluti animarum canonicorum predictorum salubriter consulere volentes, eis pariter concedimus, ut liceat ipsis & cuilibet ipsorum, nec non conuersis, commissis & nouitijs suis, presentibus & futuris, in articulo mortis quemcumque presbyterum ex canonicis prefate congregationis, in casu vero necessitatis alium presbyterum idoneum tamen, seculare vel cuiusuis alterius ordinis regularem, in suum eligere confessorum, qui confessionibus huiusmodi diligenter auditis, pro commissis per eos criminibus delictis & peccatis, in omnibus & singulis etiam apostolice sedis reseruatis casibus, debitam absolutionem, & plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, possit auctoritate nostra impendere & poenitentiam iniungere salutarem. Ita tamen, quod quilibet ex confitentibus huiusmodi, postquam congregationem ipsam fuerit ingressus, & antequam ad articulum mortis deueniat: teneatur si clericus vel presbyter fuerit, septem psalmos penitentiales, si vero conuersus vel commissus, quinquagesimas orationem dominicam & totidem salutationem beatae Mariae virginis, singulis septimanis, per unum annum duntaxat pro conseruatione status romane ecclesiae, legitimo tamen impedimento cessante, dicere, & omittentes alia vice supplere teneantur. Et si interim aliquem post inceptam & non perfectam poenitentiam huiusmodi, ab hac luce migrare contingat: ipsam nihilominus plenariam remissionem consequatur, dummodo intentionis fuerit, illam si superuixisset perficiendi. In bulla Leonis decimi, interdicitur singulis obedienciarum capituli, vigore priuilegiorum & indulgentiarum, pro quocumque tempore motu proprio, eligere confessorem qualemcumque: nisi de beneplacito suorum superiorum pro tempore existentium.

Dexteram quoque nostrae liberalitatis erga dictam congregationem

E 3 liberius

A
dare potest, quod bona alienandi vel permutandi.

Canonici omnes,
similiter familiares & continui comeniales eligere possunt in articulo mortis, confessorum quemcumque ex nostris

B
canonicis, in casu vero necessitatis, alium quemcumque idoneum, qui in omnibus casibus, absolvere potest, & plenariam peccatorum remissionem impendere.
Ita tamen: ut quilibet eorum anno uno, singulis septimanis septem psalmis, cum letanijs, pro conseruatione status Romane ecclesiae legat.

C

A Indulgentias oēs
quæ in stationi-
bus vrbis conce-
duntur pmereri
possumus, legē-
do ante quinq;
altaria psalmū
Miserere.

liberius extendere volentes, & in eo presertim, vt canonici præ-
dicti, suarum animarum saluti magis consulere valeant: cano-
nicis, conuersis, commissis, & nouitijs prædictis, præsentibus &
futuris, qui in diebus quibus stationes in nonnullis tã intra quàm
extra aliam vrbem ecclesijs consistentibus existunt, quinq; al-
taria ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum suorum, in quibus
tunc eos moram trahere contigerit deuote visitauerint, & psal-
mum David miserere videlicet illū scientes, alij vero quinq; orationem dominicam & totidem salutationem angelicam, co-
ram quinq; altaribus huiusmodi, pro statu felici sanctæ Roma-
næ ecclesiæ dixerit, easdem concedimus indulgentias, perinde
ac si dicti canonici, conuersi, commissi, & nouiti, personaliter
ecclesias vrbis præfate visitassent, ita q; in defectum altarium,
alia pia & deuota loca, ad visitationem huiusmodi & alia præ-
missa faciendi, eligere possint, etiam si eos extra monasteria & lo-

Qui simpliciter
votū ingrediēdi
religionē etiam
arctiorē emisit:
ordinē nostrum
intrare potest.

ca huiusmodi esse contigerit. ¶ Repetentes autē animo, quot
& quanta sint merita religionis & congregationis huiusmodi
in ecclesia Dei, & quantum inter alias polleat religiones, dignū
propterea, quin etiam debitum iudicamus, vt etiam excellenti-
oribus prerogatiuis & honoribus gaudere debeat, ac illis potis-
simum, quæ ad illius ampliatiōnē atq; augmentū tendunt, sta-
tuimus ergo & similiter ordinamus, vt oēs qui simpliciter votū
ingrediēdi aliquā aliā religionē etiā arctiorē emiserint, ad cōgre-
gationē & ordinē prædictos, illorūq; professionē libere & licite
ingredi, inibi recipi atq; admitti valeāt. ¶ Et quia etiā nonnulli cō-
gregatiōis & ordinis huiusmodi habitū assumētes, diuersis per-
sonis quæ ignorari & nō repperiri possent, in aliquibus reb⁹ seu
bonis obnoxij essent, eisdē rectori prioribus ac eorū vices gerētibus
cōcedimus, vt ipsorū singuli, in locis sibi cōmissis, bona ipsa
in pios vsus libere ac licite conuertere possint, prout secundum
deum melius viderint expedire. ¶ Cupientes vero congrega-

Bona incerta quo-
rum possessores
nequeūt inueni-
ri, per ingredien-
tes apportata: in
pios vsus cōuer-
ti possunt.

Nemo trāsferre
se potest ad quod
cūq; monasteriū,

tionem eandem, in suo salubri statu multiplicari & conserua-
ri: statuimus pariter atq; decernimus, q; de cetero perpetuis
futuris

futuris tēporibus, nullus ex dictis canonicis p̄sentibus & futu-
 turis, transeat de aliquo congregationis & ordinis huiusmodi
 monasterio, siue loco, ad aliquod aliud sancti benedicti, in quo
 regularis non vigeat obseruātia, seu sancti Augustini p̄dicti,
 vel alterius cuiuscunq; ordinis monasterium, siue monasticum
 locum, vigore cuiuscunq; concessionis, licentiæ, seu facultatis,
 etiam per apostolicas literas, non facientes plenā & expressam
 ac de verbo ad verbum de voluntate & statuto huiusmodi mē-
 tionem, & quibusuis personis, cuiuscunq; gradus status & con-
 ditionis existant, etiam p̄textu alicuius officij, etiam capella-
 natus cuiusuis p̄lati, cuiuscūq; status & cōditionis fuerint, etiā
 si patriarchali vel cardinalatus p̄fulgeāt dignitate & honore,
 sub quacunq; expressione in genere vel in specie concessæ, aut
 forsā in posterum concedende. ¶ Quōdq; nullus alterius mo-
 nasterij seu loci p̄latus, aut alius quicunq; in eorum, aliquē ca-
 nonicorum p̄sentium & futurorum eorundem, monasteria
 recipiat vel admittat, sub excommunicationis p̄na, quam tam re-
 cepti quā recipientes huiusmodi pro tempore, eo ipso incur-
 rant, si admoniti non destiterint, & quā ex tūc contra quēlibet
 trasgressorem proferimus, & a qua, a nullo alio, p̄terquā a
 pro tempore existente Romano pontifice, nisi in articulo mor-
 tis constituti absolui possint, absq; rectoris maioris, & alterius
 ex duobus ordinis & congregationis huiusmodi visitatoribus,
 pro tempore existentibus, licentia speciali, decernentes irritum
 & inane, quicquid contra p̄missa, per quoscunq; quauis au-
 toritate, scienter vel ignoranter cōtigerit attentari. ¶ Item articulum
 generale Capituli ita restrinxit, vt nulli liceat se transfere ad ordinem sancti benedicti
 de obseruātia, nisi de licētia capituli vel prioris superioris, petita & obtenta. ¶ Cūq;
 acceperimus & re ipsa didicerimus, congregationem sanctæ Lu-
 stinæ de Padua ordinis sancti benedicti, a nonnullis Romanis p̄-
 tificibus p̄decessoribus nostris, quā pluribus dignissimis pri-
 uilegijs, indultis & gratijs decoratam fuisse, & censeamus cōgre-
 gationem ipsam lateranensem meritis & virtutibus suis nō mi-

A
 ordinis sancti be-
 nedicti i quo re-
 gularis nō vigeat
 obseruantia, sub
 p̄textu etiam
 quārcunq; lte-
 ratū apostolica-
 rum.

B
 Prohibetur p̄ae
 latis oibus, ne ca-
 nonicos nostros
 recipiāt, sub p̄a-
 na excommunicationis.

C
 Gaudere possu-
 mus oibus priui-
 legijs congrega-
 tioni s. Iustinæ
 de Padua cōces-
 sis sed non con-
 cedendis.

A nora promereri, maxime vbi quos par labor coniungit, paria quoq; priuilegia coniungere debent: eidem congregationi lateranensi etiam concedimus, vt omnibus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, fauoribus, & indultis, tam spiritualibus quam temporalibus, à Romanis pontificibus predecessoribus nostris, seu alias eidem congregationi sanctæ Iustinæ concessis, ipsa quoq; congregatio Lateranensis pariformiter potiri & gaudere possit & valeat, absq; vlla prorsus differentia, perinde ac si ea dictæ congregationi lateranensi specialiter & nominatim cõcessa fuissent, quorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, & non secus ac si presentibus de verbo ad verbum inserta forent, & quæ ad ipsam congregationem Lateranensem extendi, ac illam pari modo compræhendere volumus ac decernimus.

B

Predicare verbū
Dei more men-
dicantiū.

¶ Quodq; ipsi canonici etiam officio prædicandi verbi Dei vt possint, quemadmodū fratribus prædicatorū & minorum ordinum, per nos etiā & dictos Romanos pontifices cõcessum fuit.

Interdicatur nobis omnibus a capitulo generali, ne quis verbū Dei publicæ, more minorū & prædicatorū, prædicare psumat, vitra formā in cõstitutionibus nostris compræhensam.

C

In dubijs quæ
oriri possēt: clau-
sule debent lar-
ge interpretari,
& non secundū
iuris rigore.

¶ Vt autem mentes dictorum canonicorum a dubijs quæ super presentibus aut alijs gratijs huiusmodi, per nos aut predecessores nostros, imperatores, reges principes, & alios prædictos concessis, & in posterū concedendis, apud præfatos canonicos quomodolibet oriri possent releuentur: volumus vt vbi in aliquo redderentur ancipites seu dubij, secundum bonam æquitatem in fauorem salutis animarum suarum largissime intelligantur, & interpretentur, non autem secundum iuris rigorem seu doctorū opiniones & subtilitates. Adhucientes vt si quando cõtigerit, per aliquem aut plures actus, contra huiusmodi vel quæcunq; alia decreta, priuilegia, indulta, gratias, & immunitates præfate congregationi concessa, aut ipsorū aliquod a quocunq; cuiuscunq; conditionis, dignitatis status, & gradus existat, ex negligētia seu ignorantia presentium & futurorum quibus ea conceduntur, aut alia quauis causa, aliter attentari vel obseruari scienter vel ignoranter,

Priuilegia ista
per contrarios
actus non inua-
lidantur.

ranter,

ranter, nullum tamen super hoc præiudicium decretis indultis gratijs & immunitatibus præfatis generetur, sed illa in suo vigore & pleno robore firmitatis perpetuo permaneant. ¶ Postremo cum plerūq; contingat ex importunitate petentium, & negotiorum multitudine, ac suppressione veritatis, summos pontifices fatigatos ac circūuentos, ea concedere, quibus nullatenus annuerent: autoritate præsentium statuimus & ordinamus, quæcunq; literæ apostolicæ, etiam motu proprio confectæ, aut in futurum conficiende, etiam si eisdem, clausula, priuilegijs & indultis dicte congregationi cōcessis non obstantibus, & de quibus expressa mentio fieri debeat, expresse contineatur, quæ obuiant & contra faciant huic priuilegio præsentis, aut quibuslibet eius particulis, nisi appareat euidentissime & apertissime, quod summus pōtifex qui pro tēpore fuerit, huic indulto vel alicui eius parti vellet per apostolicas literas derogare, faciendo specialē mentionē de verbo ad verbum, ex certa scientia, de huiusmodi priuilegio, ac ipsa congregatione, diuersis nominibus eam nominando, per hæc præcisè vocabula, congregationem, vnitatem de obseruantia, alias de frixonaria, nunc Lateranēsem appellatam, causasq; legitimas allegauerit, cur his obuiare intēdat decretis: nullius sint roboris vel momenti. ¶ **D**istrictius inhibentes eisdem ordinarijs locorum, sub interdicti ingressus ecclesiæ, & suspēisionis a diuinis, ac regiminis & administrationis ecclesiarum suarum, rectoribus vero parochialium ecclesiarū & quibusuis alijs personis, sub excōmunicationis latæ sententiæ & priuationis eorundem parochialiū ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorū quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad illa & alia in posterum obtinēda penis, quas scienter contra facientes eo ipso incurrere volumus, ne ordinē & cōgregationem canonicorum regularium huiusmodi, ac illius canonicos, ecclesias, monasteria, & loca prædicta, præter & contra tenorem & formam huius præsentis nostri indulti, & aliarū concessionum, vt præmittitur, congregationis prædictorum canonicorum

A

Litere apostolice date vel dande, priuilegijs prædictis obuiantes nullius sunt roboris.

B

C

Locorum ordinarijs & rectoribus ecclesiarum inhibetur, ne contra prædicta molestare nos præsumant sub pena &c.

F

nicorum

A nicorum regularium, seu ecclesijs, monasterijs, membris, & locis suis prædictis factarum, quoquo modo inquietare, molestare, & perturbare, nec eos aut testamentorum & vltimarum voluntatum executores, ac testantiũ heredes, seu quoscunq; alios, directe vel indirecte, ad solutionẽ alicuius quarte parochialis, seu canonici vel alterius portiõis, siue oneris, cõpellere quoquo pacto vt præfertur præsumant. ¶ Statuentesq; vt nullus, inuitis canonicis huiusmodi, prorsus audeat in eorum ecclesijs seu monasterijs aliquod mortuorũ officium, vel alias celebrari facere, etiam si apud eos corpora defunctorum sepeliri contingat, **M**ãdantes insuper expresse ipsis locorum ordinarijs ac rectoribus parochialium ecclesiarum, ne eorum parochianis, q; canonicis dicte congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere seu persuadere præsumant, & nullatenus denegent ministrare huiusmodi consentibus eisdem canonicis, quęcunq; ecclesiastica sacramenta, dummodo aliquod canonicum, & rationabilis causa non subsistat. *Iste articulus restrictus est.* ¶ Et nihilomi-

Nullus exter-
nus inuitis no-
bis mortuorum
officiũ facere po-
test, in ecclesijs
nostris.

B
Ordinarij & re-
ctores ecclesiarũ
prohibere nõ de-
bent suis paro-
chianis ne confi-
teantur nobis.

Mãdatur omni-
bus vt requisiti,
nobis assistat ne
quis contra pri-
uilegia molesti-
am aliquã nobis
ingerat.

C nus vniuersis & singulis personis in dignitate ecclesiastica vbi- libet constitutis, & alias de iure communi habilibus & idoneis ad causas audiendas, per hæc apostolica scripta insolidum mandamus, vt cum aliqui ex eisdem personis pro parte eiusdem cõgregationis Lateranensis, seu rectoris generalis, seu aliorum ex cõgregatione huiusmodi ad quos spectat fuerint requisiti, quatinus per se vel alium seu alios, præmissa vbi & quãdo opus fuerit publicantes, ac eisdem congregationi & canonicis illorũq; ecclesijs, monasterijs membris ac locis prædictis, in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant congregationem ipsam illiusq; canonicos, pacifica possessione priuilegiorum & concessionum huiusmodi libere gaudere, non permittentes eos seu testamentorum executores & heredes prædictos, cõtra illorum tenores, per ordinarios & rectores parochialium ecclesiarum prædictos, seu alios quoscunq;, indebite molestari, aut eis grauamina iniurias atq; damna inferri, seu quomodolibet irro-

gari, quin-

A
gari, quinimo dicte congregationi & illius canonicis predictis, in quibuscunq; casibus seu causis, tam ecclesiasticis quam profanis, per eos coram dictis personis, contra quascunq; alias personas, cuiusuis qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, preeminentie & status fuerint, etiam quacunq; mundana vel ecclesiastica aut patriarchali prefulgeant dignitate seu exemptione, mouendis summarie, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, autoritate apostolica ministrent iusticiam, denuncientq; palam & publice omnes & singulos excommunicatos, quos eis constiterit censuras & alias penas incurrisse, ac faciant eos ab omnibus arctius euitari, & vbiq; pro excommunicatis suspensis & interdictis nunciari, & legitimis desuper factis processibus, illos quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauent, seu aggrauari procurent, contra dictores quoslibet per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cōpescendo, inuocato etiam ad premissa seu aliquod eorum si opus fuerit auxilio brachij secularis, nō obstantibus feclicis recordationis Bonifatij papæ octauj predecessoris nostri, quibus cauetur, ne quis extra suam ciuitatem & diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & illis vltra vnā dietam a fine sue diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede apostolica deputati extra ciuitatē & diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere, aut alij vel alijs vices suas cōmittere presumat, & de duabus dietis in concilio generali, nec non quę incipiunt, super cathedram, bonifatij, & dudum viennēsis concilij, ac Calixti papę tertij, etiam predecessoris nostri, & quorūcunq; aliorū pontificum similiter predecessorum nostrorū literis, forsan his nostris contrarijs, ac etiam in prouincialibus & synodalibus cōcilijs editis, specialibus vel generalibus, ecclesiarum quoq; ac locorum quorūlibet statutis & cōsuetudinibus, & inter quoscunq; eiusdem cōgregationis lateranensis canonicos ac locorum ordinarios seu rectores predictos initis & conclusis, ac hactenus obseruatis pactis & conuentionibus, etiam iuramento, confir-

Omnes iusticia
nobis facere de-
bent, siue si epi-
tu iuris.

B

C

A matione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs quibuscunq; quibus omnibus illa ac si his de verbo ad verbum infererentur, & derogatorijs derogatorias clausulas in se continerent, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specialiter & expresse derogamus, aut si patriarchis, episcopis, & rectoribus prefatis, vel quibusuis alijs, communiter vel diuisim, a sede prefata indultum existat, q̄ interdicti suspendi, vel excommunicari, aut ultra vel extra certa loca ad iudicium euocari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunq; tenoris existat, per qua presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. **N**os enim ex nunc illa & quecunq; alia in futurum per nos vel sedem apostolicam quomodolibet concedi, statui, decerni vel ordinari contigerit, contra vt premititur eorundem predecessorum & presentium literarum huiusmodi tenorem, nec non si secus super his a quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irrita & inania ac nullius roboris vel momenti fore & esse decernimus, etiam si motu & scientia predictis, & sub similibus & fortioribus clausulis emanate existerent, seu in futurum emanare contigerit. ¶ **E**t quia difficile foret presentes literas ad singulas prouincias & loca ubi necesse foret destinare: volumus & dicta autoritate decernimus, q̄ transumptis earum, manu notarij publici, & curie causarum camere apostolice, vel alicuius archiepiscopalis seu episcopalis, uel dicte congregationis Lateranensis rectoris generalis sigillo munitis, ea prorsus in iudicio & extra vbicunq; exhibita & ostensa erunt, fides adhibeatur ac si ipse originales literę forent exhibite vel ostense. ¶ **N**ulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostre confirmationis, approbationis, constitutionis, exempti-

Si quid contra priuilegia predicta attentum fuerit ritū est & inane

Transumptis bulle huius, fides adhibenda est.

exemptionis, liberationis, susceptionis, decreti concessionis, A
indulti, statuti, ordinationis, cassationis, annulationis, abro-
gationis, irritationis, prolationis, adiectionis, inhibitionis, man-
dati, derogationis, & volūtatis, infringere vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit: indignati-
onem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolo-
rum eius, se nouerit incursum. Datum Romę apud sanctum
Petrum. Anno incarnationis dominici, millesimo quadringē- X
tissimo septuagesimo septimo, decimo kalendas septēbris pon-
tificatus nostri anno sexto. ¶ Cum autem capitulum Vvinde-
semense pręfati cupiant vt asserunt, eis eorūq; monasterijs pri- B
oratus locis & membris, ac illorum prioribus, priorissis, con-
uentibus, canonicis, sororibus, & personis, familiaribus, & com-
mensalibus vtriusq; sexus, nunc & pro tempore existentibus, vt
laudabilibus possint in domino proficere incremētis, & eorum
religio in eis feruentius fructum afferat salutarem, per sedē apo-
stolicam concedi, q; prędictis in dictis literis prędecessorū prę-
dictorum contentis, & alijs omnibus & singulis priuilegijs, gra-
tijs, fauoribus, & indultis, spiritualibus & temporalibus, cōgre-
gationi Lateranensi, & illius monasterijs atq; locis, eorūq; recto-
ribus, prioribus, priorissis, cōuentibus, canonicis, & personis in ge- C
nere per sedem apostolicam vel alias concessis, & que cōcedi cō-
tingeret in futurum, vti potiri & gaudere possent, perinde ac si
ipsis capitulo Vvindesemēsi & illius monasterijs, prioratibus lo-
cis & mēbris, ac illorū prioribus, priorissis, cōuentibus, canonicis,
sororibus, personis, familiaribus, & cōmēsalibus vtriusq; sexus,
principaliter concessa forent, & concederentur in posterum, il-
laq; ad capitulum & illius monasteria, prioratus, loca & mēbra,
eorūq; priores, priorissas & conuentus, canonicos, sorores, per-
sonas, familiares, & commensales, vtriusq; sexus extendi, & de
nouo eis concedi, fueritq; nobis pro eorundem capituli parte
humiliter supplicatum, vt huiusmodi priuilegia gratias fauo-
res & indulta, ad eos eorumq; monasteria, prioratus, loca, & mē
bra, illo-

A bra, illorumq; priores, priorissas, conuentus, canonicos, sorores, personas, familiares, & commensales, predictos extendere, aliasq; eis in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignarimur. Nos qui personis voto religionis astrictis, & per se mitas mandatorum domini recto tramite incedentibus, apostolicis fauoribus & presidijis libenter assistimus, vt in sancta vocatione qua vocati sunt proficere valeant, cum perseverantia saluari, eorundem capituli asserentium priores priorissas canonicos & sorores predictos, sub regulari obseruantia dicti ordinis vitam ducere, supplicationibus huiusmodi inclinati, capitulo Vvindesemenfi & illorum monasterijs, prioratibus, locis

B & membris, eorumq; prioribus, priorissis, conuentibus, canonicis, sororibus personis, familiaribus, & continuis comensalibus predictis, nunc & pro tempore existentibus, quamdiu vixerint in obseruantia regulari dicti ordinis, vt predictis in dictis literis contentis, ac omnibus & singulis alijs preuilegijs, gratijs, fauoribus, & indultis spiritualibus & temporalibus, congregationi Lateranenfi & illius monasterijs prioratibus ac locis eorūq; rectori prioribus priorissis conuentibus canonicis & personis, per sedem prefatam in genere concessis, & quæ pro tempore concedi cōtingeret, & quibus potiūtur & gaudent, aut vti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti potiri & gaudere libere & licite valeant, in omnibus & per omnia prorsus, & sine vlla differentia, perinde ac si eisdem capitulo illiusq; monasterijs, prioratibus, locis & membris, eorumq; prioribus, priorissis, conuentibus, canonicis, sororibus, familiaribus, & continuis comensalibus vtriusq; sexus, principaliter concessa fuissent, auctoritate apostolica, presentium tenore cōcedimus, illaq; ad eos extendimus, & pro potiori cautela de nouo eis concedimus per presentes, non obstantibus premissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non omnibus illis quæ prædecessores præfati in eorum literis prædictis voluerūt non obstare, ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino huiusmodi

liceat

Gord

liceat hanc paginā nostrę concessionis & extensionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursum. Datū Romę apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice, millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, tertio idus Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Innoctij octauī, bulla quarta. In qua declarat priuilegijs præcedētis bullę derogari nō posse: q̄ rēpore litis, inter episcopū Cameracensem & capitulum Vvindesemēse fuerint impetrate.

Innoctij octauī, bulla quinta.

In hac concedit definitioribus capituli, plenam facultatem, sequestrandi, arctandi & modificandi, nonnullos articulos priuilegiarum, a se concessorum: prout viderint statui & moribus personarum capituli conuenire.

Innoctij octauī, bulla sexta.

Hic vult, q̄ personę capituli Vvindesemēsis succedere in omnibus illis bonis, iure hereditario, debeant que eis cōpeterent, si in seculo permansissent, non obstantibus quibuscunq; legibus aut constitutionibus in contrarium editis: mandatq; omnibus, vt ipsas leges ac constitutiones, vrpote ecclesiasticę libertati cōtrarias e suis libris deleant, sub penis & censuris &c.

Innoctij octauī, bulla septima.

Præcedentis bulle executores & conseruatores, constituuntur, sancti Iacobi Maguntinensis, sancti Laurentij Traiectensis, & sancti Mychaelis Hildesemensis monasterium abbates.

Innoctij octauī, bulla octaua.

Pro ecclesiarum, altarium, & vasorum cōsecratione, ac vestitiū & ornamentorum ecclesiasticorum benedictione, ecclesiarūq; pollutarū reconciliatione, aduocare possumus quęcūq; antistite catholicum: cuiusuis alterius licentia non requisita.

Incarcerare possumus fratres nostros fugitiuos, vbilibet re-pertos, inuocato (si opus fuerit) auxilio brachiū secularis.

Innoctij

- A** **I**nnoCentij octauj, bulla nona.
¶ Pontifex audito quod Eugenius quartus concesserat capitulo Vvindelensem, literas conseruatorias perpetuo valituras, cōtra omnes molestatores & iniuriatores capituli, & membrorū eius, q̄quæ conseruatores designati, nempe abbas, sancti Iacobi Leodiēsis, decanus sancti saluatoris Traiectensis ac officialis Coloniensis, timentes potentiam nonnullarum personarum, procedere non auderent: idcirco prædictis tribus, alios tres aggregauit conseruatores, scilicet Michaelis Hildesemensis, sancti Iacobi Maguntinensis & sancti Laurentij Traiectensis diocesum abbates: mandans eisdem vt ipsi tres, vel duo, aut vnus eorum, per seip̄sos, aut alium vel alios, ad executionem dictarum literarum, prædecessoris præfati, iuxta tenorem earundem, ac si specialiter ipsis directe fuissent, contra quoscunq; molestatores, ac iniuriatores procedere debere: literis Eugenij nihilominus in suo robore permanentibus.
- I**nnoCentij octauj, bulla decima.
¶ In hac reuocat autoritatem visitandi nostra monasteria, datā Henrico episcopo Cameracensi.
- I**nnoCentij octauj, bulla vndecima.
¶ Hic inhibet episcopo cameracensi, ne contra monasteria capituli nostri, quicquā innouare aut attentare præsumat.
- C** **I**nnoCentij octauj, bulla duodecima.
¶ Summus pontifex de statu monasteriorum nostrorū plenam habere volens notitiam: mādat monasteriorum abbatibus Cāpenfi Coloniensis, ac sancti Iacobi Leodiensis, & Dicklich Traiectensis diocesum, vt ipsi vel duo aut vnus, accedant & visitent monasteria & personas Cameracensis diocesis, & de vita, & religione, eidem summo pontifici fidem faciant.
- I**nnoCentij octauj, bulla tertiadecima.
¶ Mandatur abbatibus sancti Laurentij Traiectensis, & beatæ mariæ percensis leodiensis, monasteriorum abbatibus, & sancti Andreę decano Coloniensis diocesis, vt capitulo nostro auxiliū defensionis

defensionis præbeant, neq; permittant per **Episcopum Came-**
racensem indebite nos molestari.

Innocenti octavi, bulla quarta decima.

¶ **Hic** mādāt visitatoribus præfatis, vt in negotio cōmissō proce-
dant: nō obstantibus literis quibuscūq; in contrariū impetratis.

¶ **Casus** quidam circa materiam confessionis &
Indulgentiarum apostolicarum.

Quidam conuentus **Canonicorum Regularium** in **Braban-**
tia, priore in remotis agente, de consensu supprioris, pro-
curauit sibi per triduum, indulgentias plenarias, **Bruxelle** in ec-
clesia sanctę **Gudulę** promulgatas. Queritur an licuit hoc fieri,
absente priore, & certos ex fratribus confessores instituere, neq;
priori reuertenti peccata mortalia certa reconfiteri iuxta formā
suarum constitutionum. ¶ **Responsio** magistri **Nycolai Hellis**,
sacrę **Theologię** professoris. ¶ **Primo** videtur dicendum q; in
absentia prioris vestri, concedere potuistis fratribus vobis com-
missis, confiteri confessoribus indulgētiarum, in conuentu ve-
stro deputatis ad effectum indulgētiarum consequendū. ¶ **Se-**
cundo dicendum, q; fratres non tenentur reconfiteri priori re-
uertēti, peccata semel confessa, si prior non exigat. **Sed** si omni-
no veller q; mortalia certa confessa, etiam sibi in confessione de-
tegantur: attentis statutis ordinis vestri, fratres, denuo confite-
ri tenentur. **Non** quidē propter defectū absolutionis, tanquā
dicti cōfessores autoritatē sufficientē nō habuissent: sed propter
statutum ordinis vestri, etiā apostolica autoritate confirmatū.

¶ **Tertio** dicendū: q; attēto voto obediētie religiosorū, nō appa-
rer securū dicere, q; religiosus possit vigore cōfessionalis, eligere
pro beneplacito suo idoneū confessorē secularē vel religiosum.

¶ **Hęc** sub correctio^e, breuiter dicta sunt, a me **Nycolao**, theolo-
gorum minimo.

¶ **Pro** meliori declaratione casus præcedentis: attendatur
bulla **Leonis** sequens.

¶ **Bulla Leonis** decimi.

G Dilecto

A **D**ilecto filio priori superiori nuncupato **Capituli** siue con-
gregationis Vvndesemensis, ordinis sancti Augustini,
 canonicorum regularium. **Traiectensis** diocesis. **Dilecte** fili, sa-
 lutem & apostolicam benedictionem. **Exponi** nobis nuper se-
 cisti, q[uo]d licet dudum, felicitis recordationis, **Innocētius** **Papa** octa-
 uus, predecessor noster, inter cetera tunc & pro tempore existen-
 tibus, rectori ac visitatoribus, ac singulis prioribus vestre con-
 gregationis, & qui loco ipsorum absentium constitueretur, au-
 toritate apostolica, per suas literas, vt canonicis, nouicijs, conuer-
 sis & commissis eiusdem congregationis, absolutionibus & dis-
 pensationibus, indigentibus, in casibus quibus excessissent, &
B pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis
 sentētijs, a iure vel ab homine quomodolibet promulgatas, in-
 currissent, & huiusmodi sentētijs innodati, aut in locis generali
 vel speciali ecclesiastico interdicto suppositis, diuina celebra-
 sent, aut sic ligati ordines suscepissent, & irregularitatis notam
 incurrissent, & in omnibus alijs casibus ex causa simōie, cuiusq[ue],
 qualitercunq[ue] commisse, generaliter vel specialiter sedi aposto-
 lice reseruatis, exceptis duntaxat hereticorum relapsorum, scis-
 maticorum, deferentium prohibita ad infideles, & literas apo-
 stolicas falsificantium: absolutionis & dispensationis beneficia,
 iuxta casuum exigentiam, impertiri valerent, prout in dictis li-
C teris plenius continetur. **Nihilominus** nonnulli ex canonicis &
 personis prefatis, voti obedientie regularis per eos prestiti, & q[uo]d
 ipsa obedientia, victime anteferatur immemores, & vt verissimi-
 liter suspicandum est, iniquo humani generis inimico suggerē-
 te, sub colore eligendi confessorem ad eorum libitum, tacite va-
 gandi, & ab huiusmodi obediētia declinandi, occasionem que-
 rentes, pro se seorsum & ad partem confessionalia & cōfessores
 eligendi facultatem, passim a diuersis indulgentiarum cōmissa-
 rijs apostolicis, seu in forma, beatissime pater, a nobis & a prede-
 cessoribus nostris, Romanis pontificibus, impetrarunt & impe-
 trant, quarū prætēxtu, laxatis habenis, superiorum suorum licē-
 tia desu-

tia desuper minime requisita ac obtenta, ac ipsis superioribus, aut per eos ad audiendas confessiones deputatis, spretis, & extra eorum monasteria & regularia loca, sub dicto confitendi colore vagando, confessores sibi eligere asserunt in regularis discipline, obseruantieq; enormē eneruationem, ac animarum suarum salutis perniciē non modicam, ac scandalum plurimorum. **Quare** pro parte tua, nobis humiliter supplicatum fuit, vt in premissis, de oportuno remedio prouidere, de benignitate apostolica dignemur. **Nos** igitur qui ad ea, mentis nostre arcana libenter apponimus per quæ christifidelium omnium, præsertim sacre religionis per eorum vota solemniter prestita, astrictiori animarū saluti consulatur: quod tunc potissimum fieri conspicitur, dū ipse personæ regulares, sub debitis ebedientia & regulari obseruantia altissimo famulantur: volentes animarum periculis, & scandalis huiusmodi obuiare, ac in præmissis oportune prouideri, huiusmodi supplicationibus inclinati, autoritate apostolica, tenore presentium attestamus & declaramus, nostre & Innocentij & aliorum prædecessorum prædictorum mentis, & incommutabilis intentionis non fuisse, nec esse, aliquem ex canonicis, & personis præfatis, concessione & facultatibus huiusmodi, etiam extra vel intra eorū monasteria siue regularia loca, absq; superiorum suorum expressa licentia, vti posse, neq; debere. **Ac** de cetero, perpetuis futuris temporibus, canonici & aliæ personæ congregationis huiusmodi, seu personæ quæ sub cura & commissione rectoris (nomine rectoris, intelligitur prior superior) ac uisitato- rum, & singulorum patrum priorum, pro tempore degunt, vel priuilegijs eis concessis vtuntur, pretextu facultatum & licentiarum eligendi confessores huiusmodi hæctenus concessarum, vel in posterum concedendarum: dictis prioribus, vel per eos in monasterijs siue locis regularibus in quibus degunt ad audiendas confessiones pro tempore deputatis, eorum peccata confiteri debeant & teneantur, ac licentijs & facultatibus confitendi, eis concessis huiusmodi, aliter vel alio modo vti minime possunt,

A

B

Declarat summus p̄t̄ifex, in intentionē innocenti & aliorū nō fuisse vt quis quam pretextu quorūcūq; priuilegiōrū, eligerē sibi posset cō-

C fessorē, citra cōsensum sui prælati.

A eisdem autoritate ac tenore præsentium statuimus & decernimus, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non omnibus illis, quæ præfatus Innocentius prædecessor noster, in dictis suis literis, voluit nõ obstante cæteris contrarijs quibuscunq;. Datum Romę apud sanctum petrum, sub annulo piscatoris, die vicesima octaua Ianuarij, anno domini millesimo quingentesimo & vicesimo, pontificatus nostri anno septimo.

B ¶ **I**dem **L**eo decimus, anno 1520. concesserat **Philippo a Burgū** dia episcopo **Traiectensi**, facultatem & autoritatem, semel visitandi omnia monasteria exempta. Quam cõcessionem, anno sequenti (quoad capitulum nostrum) reuocauit: declarans nos a quorūcunq; apostolicorū legatorū, nunciorū, archiepiscoporum episcoporum, & aliorū iudicū ordinariorum & extra ordinariorū iurisdictione, autoritate, visitatione, ac charitatiui subsidij solutione, & exactionum quarumcūq; præstatione, prorsus exēptos, & in ius ac proprietatē beati **Petri** & sedis eiusdē ac protectione susceptos. ¶ His apostolicis literis priuilegia nostra non parum roborantur & confirmantur.

C ¶ Priuilegia quoq; nostra plurimum confortantur quodam processu iuridico, **Traiecti** coram ordinis conseruatore, domino **Gerardo Zuggeronij**, ecclesię sancti **Saluatoris** de cano, habito, propter excessum notabilem in conuentu nostro prope **Aemstelredamum** anno. 1530. perpetratum. Cuius processus exemplar, reperietur in **Vvindesem**, in **Traiecto**, & in **Heyloē**.

C **L**ementis septimi, bulla, de fugitiuis apprehendendis. ¶ **A**drianus papa sextus, concesserat capitulo nostro generali vt canonici & fratres nostri, prætextu quarumcunq; literarum apostolicarum, extra monasteria & loca nostre congregationis, absq; priorum suorum licentia residentes aut existentes: reuocari poterunt ac reduci, inuocato etiam (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Verum quoniã morte **Adriani** interueniente, literę sigillate non fuerant: successor eius **clemens septimus**, easdem sua autoritate & sigillo roborauit anno 1523.

¶ Priuilegium **Karoli Imperatoris quinti**.

Onsen lieuen en ghetrouwen dē stadthouder die eerste
ende luyden van onsen raden tot **O**trecht saluyt ende
dilectie. Alsoe tot onser kennisse ghecomen is/dat diuersche
religieusen/mans ende vrouwen/in onsen landen van her-
waertsouer gheprofessijt/ eenighe van hem luyden sonder
dispensatie/en andere al eer heure dispensatie op hen te ken-
nen gheue vercreghen gheinterineert si/daghelijc wt heu-
ren cloosteren trecken sonder orlof van heuren ouerstē/ som-
mighe van hemluyden aendoende weerlijcke habijtē/ met-
ten weerlicken luyden openbaerlijcken inde werelt verkeerē
de/die andere houdende hem secretelijck/ ende so wel deene
als dandere/dissoluteliken leuende/al in schandale ende con-
fusie vanden religie en vāder heylighe kercke/ twelck keeren
mochte tot quaden exempel/ indien by ons daer inne niet
voorzien en worde/also wi verstaen. So ist dat wi desen aen-
ghesien/v ontbieden ende beuelen/dat ghi van stonden aen
ouer al/in onse stadt steden ende landen van **O**trecht/daer-
men ghewoontlijck is wt roepinghe en publicarien te doe-
ne/van onsen weghen doet publiceren/vercondighen/ende
scherpeltijck beuelen/dat nyemant/wye/ ende van wat con-
ditie by si/mans oft vrouwen personen/ voort aen/hem en
veruordere eenighe gheprofessijde religieusen personē mā
oft vrouwen/wt heuren cloosteren ghelopen/oft sonder or-
lof verrockē/re onfanghen/re logerē/oft die by te staen/oft
eenichsins behulpelijck ende gunstich te wesen/ in wat ma-
manieren dattet si. Ende dat de ghene die de voorschreuen
verlopen religieuse personen ghelogiert oft behulpelijc ghe-
weest hebben/ insghelijc de ghene dye weten oft kennisse
hebben sullen/waer die selue wtghelopē religieuse personē
gheweest oft ghecouerseert hebben/ nu conuerserende zijn/
oft conuerseren sullen/tselue van stonden aen denonceren
ende ouerbrenghen/den oppersten officieren vander plecke/
daer sulcke religieuse personen beuonden sullen worden/dē
welcken

A welcken onse officieren wy ordonneren en beuelen/ de voorschreuen religieuſe personen hem ghedenuncere/ ende anderen die ſi beuinden/ ende vernemen ſullen / binnen den be-
 driue van heurlieder officien weſende gheē diſpensatie heb-
 bende/ terſtont te apprehenderē / oft te doen apprehenderē/
 ende te leueren/ of te doen leueren/ inden clooſteren daer wt
 ſi ghelopen ſullen zijn / al tot redeliken coſten vanden voor-
 ſchreuen clooſtere. En als aengaende die voorchreuen reli-
 gieuſe personen/ die op heur te kennē gheuen/ by diſpensatie
 voorzien zijn/ om heure conuenten ende habijt te moghen
 laten/ dat de rechter gedelegeert/ byder voorchreuen diſpē-
B ſatie/ ſulcke religieuſe personen/ al eer by vander ſelue diſpē-
 ſatie eenighe kenniſſe ſal moghen nemen/ oft ſine citatie de-
 cernerē/ ſal/ verſien van een eerlijcke gheestelijcke plaets/
 daerſe hem hangende tproces/ op dinterinement vander ſel-
 uer diſpensatie onthouden ſullen. Ende de ſelue plaetſe ne-
 men en eyprimeren in heure prouifiē ende citatie al tot rede-
 liken coſten vanden voorchreuen wtghelopen religieuſe/ of
 die ſonder oorlof veretrocken zijn/ in dien ſi die macht hebbē
 de conſtē te betalē/ en in dien niet / tot coſte vandē voorchre-
 uen clooſter/ bliuende oock mede binnen middelen tijt dra-
 gende heurlieder geestelijcke habijt / tot dat by dē rechter op
C dinterinement oft reiectie vander voorchreue diſpensatie/
 by ſententie diffinitiuē ghedetermineert ſi/ op peyne/ in dien
 tſelue niet ghedaen en ware by verſuymeniſſe vanden voor-
 ſchreuen rechter ghedelegneert/ dat ghi luydē de voorchre-
 uen religieuſe ghediſpenſeerde personen/ ſelue ſult moghen
 voorzien/ van eē bequame plaetſe/ daer ſi hem ſchuldich ſul-
 len zijn te houden/ hangende den procesſe. Ende van ghelt-
 ſe ſal oock ghedaen worden / vanden religieuſen mans ofte
 vrouwen personen/ die voor de publicatiē van deſen ter cau-
 ſe voorchreuen/ reghens heure conuenten in procesſen ſtaē/
 die welcke ooc binne achte daghē na de publicatie vā deſen/
 voorzien

voorsien sullen worden / byden rechter daer voor de voor-
schreuen processen hanghende zijn / oft anders / ende by heu-
ren ghebreke / by v / van onsen voorschreuen raden als voren
In welcke ghedesigneerde ende bereekende plaetse als sulcke
gheestelike personen sullen schuldich zijn hem te houden
eerlijck ende tamelijck / sonder van daer te moghen trecken
totten eynde vanden processe. **E**nde in dien si de contrarie
deden / sullē daer af arbitralicken ghecorigeert werdē / bydē
rechtere die hem die selue plaetse bereyken ende ghegeuen
sal hebben. **V**erbieddende alle onsen ondersatē / eenighe gee-
stelike personen heure voorschreuen plaetse verlaten en ghe-
habandonneert hebbende / te dienen / of te assisteren / met ra-
de oft andersins. **A**llet op peyne / van twee hondert carolus
gulden te verbeuren / byden ghenen die contrarie en inpre-
iudicie van desen / de voorschreuen gheestelike personen ge-
dispenseert oft onghedispenseert / ende oock die noch in pro-
ces zijn / contrarie van desen verberghen / onderhoudē / niet
aen en brenghen / ende in eenich poinct van tghene des voor-
schreuen is ghebrekelijck gheuonden sullen wordē / de voor-
schreue peyne ende **E**mende te distribueren. **T**e weren / deē
helst tot onsen profyte / een vyerendeel tot profyte vande de-
nonciateur oft aenbrengher / ende dander vyerendeel vande
officier die eyecutie daer af doen sal. **O**rdonnerēde v tot on-
derhoudnisse deser voorschreuen ordinatie / te procederen
teghens den ouertreders der seluer / by eyecutie vāder voor-
schreuen peynen / ende oock teghens den officier die in desen
negligent ende versuynich beuonden sal werdē / sonder ee-
nighe dissimulatie oft verdrach / des te doen gheuen wy v
volcomen macht / auctoriteyt ende sonderlinge beuel. **O**nt-
bieden ende beuelen allen anderen onsen Justicierē / officie-
ren ende ondersaren / dat si v dit doende ernstlijck verstaen
ende obedieren. **G**hegheuen in onse stad van Buessele on-
der onse contreseghel hier op ghedruct in placate dē xvij.
dach van

A dach van Februario/ int iaer duysent vijfshondert vijf ende dertich/ ende was onder schreuen/ byden Keyser in sinen rade/ onder ghereykent/ de Soete.

De fugitiuorum bonis & retribus.

K Aertle byder gracie Gods Roomsche Keyser/ alrijt vermeerder des rijcks/ Coninck van Germanien etc. Den eersten onsen duerwaerder oft sergant van wapenē hier op versocht saluyt. Wy hebben ontfanghen die ootmoedighe supplicatie van onse beminde in goede den prioors religieusen ende conuerten vanden regulieren en regulierissen vande oordene vā sinte Augustijn in onsen landē vā herwaerts

B ouer/ inhoudende hoe dat vele en diuersche religieusen vanden voorschreuen godts huysen ende conuerten mans ende vrouwē achterlatende hare gheloften ende professien/ die si solemneliken ghedaen ende gheloost hebben te onderhouden ter doot / wt tempratie des viants ende qualijck bedacht/ hem gheuordert hebben/ ende daghelicy veruorderen/ sonder consent van haren ouersten/ wt hare cloostere te treckē/ hare abijt te laren/ van hare religie ende regule ende haban donneren. Ende niet min presumeren te ontfanghen de renten die tot heure lise/ oft erfelicke renten by hem ghegeuē/ ende achter ghelaten den voorschreuen cloosteren van hare

C professie/ tot grote schade ende achterdeel vandē voorschreuen supplianten. Ende meer sal / ten si dat by ons hier inne voorzien worde / met onse behoorlicke remedie / ende prouisie van iusticie/ ons daeromme seer ootmoedelijcke biddē de. Soe ist dat wy dese saken voorschreuen ouerghemerct/ v ontbieden/ ende committeren by desen/ dat indien v blijct van tgunst des voorschreuen/ soe vele dats ghenoech si/ ghi in dien gheualle/ tot versoecke vanden voorgenomde supplianten/ oft eenich van hem lieden/ doet scherp beuel/ ende verbot/ van onsen wegen/ op sekerre grote peyne tegens ons te verbeuren/ allen ende een yeghelicken/ dien ende daer van

noode

noodē wesen sal/ende des ghi versocht sult wesen/ dat si hē-
lieden verdraghen/den voorschreuen wtghelopen religieu-
sen te betalen/eenighe lijfrenten/oft erfrenten/metten ach-
terstellen van dien/die si hemlieden schuldich en ten achter
moghen wesen. **M**aer de selue betalē den voornoemde cloe-
steren dient behoort/ oft heuren procurateurs en ghecom-
mitteerde/op peyne anderwerf te betalē/hemliede daer toe
bedwinghende/by allen behoorlikē weghen van bedwan-
ge. **E**nde in gheualle van oppositie/ weygeringhe/ oft ver-
reect/indien v blijct als bouen/de beuelē opten peyne voor-
schreuen stadthouderē aengaende van niet te betalen den
voorschreuen wtghelopen religieuſen eenighe der voorschre-
uen renten. **N**iet regenstaende oppositie oft appellatie ghe-
daen/oft doen/ende sonder preiudicie van diere/tot partien
ghehoort andere geordonneert si/dachuert dopposanten
weygeraers/oft verreecters te compareren/teenē tamelikē
daghe/voor den rechteren en tuyghen/aldaer die debiteurē
die de seluen renten schuldich zijn/wonachtich zijn/om te
seghhen de redene van heurlieder oppositie/ressuz of delay/
tandtwoordē/procederē/en sien ordonnerē alst behorē sal/
ouerschriuende ten seluen daghe/den voorschreuen rechtere-
ren/en tuyghen/wes ghi inne ghedaē sult hebbē/den welc-
ken wy beuelen ende committeren/dat si partien ghehoort/
doē goet cort recht/en expedirte van iusticie/want ons al-
so belieft. **N**iet reghenstaende/eenighe literen subreptelijck
vercreghē/oft te vercrighē ter contrarie. **G**hegenē in onse
stede van Bruesel dē xv. dach van Augusto. **I**nt Jaer ons
heerē duysent vijf hondert vijfende dertich van onsen Key-
ser rijcke xvi. **E**nde van onsen rijcken van Castilien ende
andere. xv.

A

B

C

H **¶** Ex quo

A ¶ Ex quo Innocentius octauus, cōcessit capitulo nostro Vvindelensensi, vti & gaudere posse, omnibus & singulis priuilegijs, congregationi ecclesie Lateranensi, & congregationi sancte Iustinae ordinis sancti benedicti, necnon & cisterciensibus & cartusiensibus concessis & concedendis: sequuntur hic pauca ex eorundem priuilegijs extracta, quę nobis vsui esse poterunt. Reliqua fere omnia, in nostris priuilegijs abundantius describuntur.

¶ Ex priuilegijs congregationis Lateranensis.

B **G**regorius nonus concessit, vt quoties aliqui peregrinorū, apud eos sine testamento decedunt: eorum bona (nisi heredes habuerint, ad quos debeant de iure deuolui) sine alicuius contradictione, recipere poterunt.

¶ Ex priuilegijs congregationis sancte Iustinae, ordinis sancti benedicti.

Evgenius quartus in bulla prima.

¶ Si contigerit fieri cōcilia generalia vel ptouincialia, aut synodalia, etiam apostolica & quauis autoritate firmata: ad ea ire vel mittere, dicta congregatio non tenetur, sed tantum ad capitulum generale.

C ¶ Ad incarcerationem ecclesiasticarum aut laicarum personarum, astringi aut cogi non potest. Neq; ad reparationem publicarum viarum, pontium, aut similium.

¶ Ad faciendum iuramentum de veritate dicenda, aut ferendū testimonium quacunq; ex causa: nec prelatus nec subditus, cogi potest inuitus, nec ob hanc causam excommunicari.

Evgenius in bulla secunda.

¶ Et quia cautius est agendum, vbi maius imminet periculum: statuimus qd nulli hominum liceat, quascunq; mulieres laicas vel religiosas, cuiuscunq; etatis, status, gradus, autoritatis vel cōditionis existant, quauis occasione ducere, siue ipsis mulieribus ingredi, seu commorari intra septa monasteriorum. Quod si cōtrarium scienter attentatū fuerit: tam ipse mulieres, quàm earū ducto-

ductores, sed & ipsi receptores, si hoc voluntarie fecerint: exco-
municationis sententiam incurrunt.

A

Eugenius in bulla octaua.

¶ Nulli licitum est, ab institutis, ordinationibus, correptionibus, & mandatis capituli generalis siue presidentis, seu visitatorum, appellare ad quemcuq; nec ad sedem apostolicam quidem: nisi de speciali indulto summi pontificis. Quod si appellatio interponi contigerit: irrita erit & inanis.

¶ Aduocari potest quicumq; catholicus episcopus, qui absq; licentia aliqua, & contradictione diocesani: sacros ordines conferre, ecclesias, altaria, & vasa sacra consecrare possit &c.

¶ Ex priuilegijs carthusianorum.

B

Innocecius octauus.

¶ Priores possunt, in suis domibus, benedicere paramenta altarium, cruces & casulas, & alia ad diuinum cultum necessaria: ad vsum tamen suarum, aut aliarum dicti ordinis domorum, & non aliter.

Clemens papa septimus.

¶ Ad presbyteratus ordinem possunt promoueri omnes monachi, & clerici redditi, vicesimum secundum etatis annum attingentes. *dy. p. d. d. d.*

¶ Item ad te ergo quesumus tuis fa, &c & in prefatione gratias agamus domino deo nostro, genu flectentes, aut celebrantes reuerentur inclinantes: promerentur centum dies indulgentiarum.

C

Corporalium privilegiorum

In hoc loco & in aliis capitulis de hoc volumine continetur
privilegia quae sunt in hac parte. Et in aliis capitulis
de hac parte. Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte. Et in aliis capitulis
de hac parte. Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte. Et in aliis capitulis
de hac parte. Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte. Et in aliis capitulis
de hac parte. Et in aliis capitulis de hac parte.

Innocentius octavus
Privilegia quae sunt in hac parte
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.

Ad presertim in hac parte
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.
Et in aliis capitulis de hac parte.

Absoluimur omnes a constitutione benedicti duodecimi.
2. b. Item 13. b

Absoluere possunt priores, suos subditos & cōtinuos commen-
siales, nec non & fratres & familiares aliorum monasteriorū,
in omnibus casibus, præterquàm sedi apostolice reseruatis,
& vota commutare. 20. b

Absoluere possunt visitatores & priores, ab omnibus, etiam
reseruatis casibus: exceptis hereticorum relapsorum &c.
33. b

Absolutio in omnibus casibus, etiam sedi apostolice reseruatis,
semel in vita, & in mortis articulo. 23. a

Absolutio in causa simonie. 23. a

Altaria portatilia habere possumus. 11. c Item. 30. c

Altaria & ecclesias erigere & destruere possumus: si &c.
21. c

Appellare non licet, nisi ad capitulum generale vel priorem.
superiorem. 1. c Item. 7. b

Appellare non licet ab institutis & correctionibus, nec ad sedē
apostolicam quidem. 59. a

Benedicere possunt priores paramenta altarium. 59. a

Bona nostra omnia mortificata sunt. 32. c

Bona monasterij vendere aut permutare, de licentia capituli
possumus. 12. b Item 35. c

Bona ad pytantias data, & similia, in alium vsū conuertere
possumus. 4. b

In bonis omnibus hereditario iure succedere possumus, acsi in
seculo permanissemus. 47. b

Bona fugitiuorum, non nisi ad manus nostras solui debent.
36. a

Bona iniuste acquisita cum nobis dantur, recipere possumus.
4. b

Bona incerta, quorum possessores nequeunt inueniri,
perine-

- A** per ingredientes apportata, in pios vsus conuèrtere possu-
mus. 37. c.
- B**ona peregrinorum, heredes non habentium recipere possu-
mus. 58. a.
- C**apitularis vnio presentium & futurorum, dumodo duæ
partes conuentus acceptandi consenserint, & consensus
ordinarij accesserit. 6. a.
- C**apitulum generale seruabitur singulis annis in **V**indesem.
1. b. Item. 6. c.
- C**apituli superioritas transferri potest. 6. c.
- C**apitulo generali omnes obedire tenentur. 7. a.
- B**que per capitulum generale ordinata sunt, nemo cuiuscunq;
conditionis fuerit infringere presumat. 12. c.
- C**apitulum rebelles omnes per censuram ecclesiasticam, aut a-
lias penas compellere potest. 12. c.
- C**apitulum dispensare potest cum defectum natalium patien-
tibus. 34. b.
- A**capitulo se dimembrans, aut in hoc laborans, sententiam ex-
communicationis incurrit, 3. c. Item. 10. c.
- C**apitulum generale dimembrare potest rebelles & inobedien-
tes. 23. c.
- C**apitulum priuatum, & eius autoritas. 9. c.
- C**anonicam portionem ex testamentis dare nõ tenemur. 32. a.
- C**oncilia generalia vel synodalia adire nõ tenemur, nec aliquẽ
mittere. 58. b.
- C**onseruatores, episcopus **C**oloniẽsis, decanus **T**raiectensis, &
decanus **D**ordracensis. 21. a.
- C**onseruatores, abbas sancti **I**acobi **L**eodiensis, & officialis **C**o-
loniẽsis. 21. b. *Decanus s. saluatoris traiectensis.*
- C**onseruatores, abbates sancti **L** Laurentij **T**raiectensis, sancti **I**a-
cobi **M**aguntinensis, & sancti **M**artini **C**oloniẽsis. 24. a.
- C**onseruatoribus ab **E**ugenio concessis, **I**nnocentius tres alios
adiungit, videlicet sancti **L** Laurentij **T**raiectensis, sancti **M**y-
chaelis

A

Michaelis Hildesemensis, & sancti Iacobi Maguntinensis, monasteriorum abbates. 48. b

Conseruatores, q̄ in bonis omnibus, hereditario iure succedere possumus, scilicet abbates, sancti Iacobi Maguntinensis, sancti Laurentij Traiectensis, & sancti Mychaelis Hildesemensis.

Constitutionum transgressio non obligat ad culpam, sed tantum ad penam. i. c. a Item 8. a

A constitutione benedicti. 12. absoluimur. 2. b Item 13. b

Confessorem idoneum de consensu prioris eligere possumus qui ab omnibus peccatis nos absolvere poterit, & plenaria indulgentiam dare: ita tamen, vt hanc gratiam consequi uolentes, legant anno vno, singulis hebdomadibus septem psalmos penitentiales. 36. a

B

Confessores etiam priores eligere possunt. 34. a

Confessiones quarumcunq; personarum audire possumus Veru hoc restrictum est et inhibitum. 34. c

Confessorem sibi nemo eligere potest absq; consensu prelati.

in 51. a

Casus quidam de confessione & indulgentijs. 49.

Cura animarum exercere possumus in eos qui nostris insistent obsequijs. 21. c

C

Decimas de his que proprijs manibus aut sumptibus colimus, de quibus hactenus nemo precepit: dare non tenemur, 12. b

Decimas habere possumus. 22. a

Definitores per capitulum eligentur. i. c

Definitores autoritatem habent statuendi, corrigendi &c. i. c.

Item. 7. c

Quod a definitoribus instituitur, ab omnibus obseruandum

est, i. c. Item 7. c.

Definitores arctare & limitare possunt, nonnullos articulos in priuilegijs nobis concessos. 47. b.

Defini-

- A** Definitores interpretari, & in melius immutare possunt, &c. 7. c.
- Definitorem est ordinare visitatores. 1. c.
- Definitores dispensare possunt cum defectum natalium patientibus. 34. b.
- Defunctorum corpora exhumare, & iterum sepelire possumus. 23. b.
- Defunctorum officium in nostris ecclesijs, nemo extraneus facere potest. 42. a.
- Diete in nostris monasterijs seruari non debent. 4. a.
- B** Dimembrans se a capitulo generali, aut in hoc laborans, excommunicationis sententiam incurrit, 3. c. Item 10. c.
- Dimembrare potest capitulum generale rebelles & inobedientes. 23. c.
- Dispensare capitulum generale potest cum defectum natalium patientibus. 34. b. Item 8. b.
- Dispensare capitulum potest cum ordinandis, ante legitimam etatem videlicet in anno vicesimo secundo inchoato. 59. b.
- Dispensare capitulum potest cum infirmis super horis canonicis dicendis. 20. c. Item 22. b.
- C** Donatorum receptio. 21. b.
- Dubiorum interpretatio reseruatur capitulo generali. 13. a.
- E**cclesias parochiales habere possumus, & facellani secularis talium ecclesiarum, privilegijs nostris gaudere poterunt, 29. c.
- Ecclesias & altaria erigere possumus: si &c. 21. c.
- Pro ecclesiarum, altarium, vasorum consecratione, & ecclesiarum pollutarum reconciliatione: aduocare possumus episcopum quemcunq;, ordinarij licentia non requisita. 47. c.
- Item 59. a.
- Ecclesiastica libertas suffragari non potest criminosis, ultra tri-duum, 4. b.
- Electio de se facte, nemo renunciare potest, 9. a.

Ad electio

- A**
- Ad electionem duo priores vocandi sunt, 9. a
- Ad electionem vocati priores, approbare, reprobare, supplere &c possunt. 3. a
- In electione si erratum est, capitulum vel prior superior supplere potest, 9. a
- Eligendi potestate si conuentus aliquis priuatus fuerit, eligendi potestas deuoluitur &c. 3. a. Item 9. b
- E**xactiones nullas soluere tenemur, nec prestationem procurationum legatorum apostolice sedis. 31. b.
- Ad incarcerationē quarumcunq; personarū cogi nō possumus, nec ad reparationem pontium, aut viarum publicarum. 58. b
- E**xcommunicatos vitare non tenemur: nisi publicē in nostris ecclesijs denunciati fuerint. 12. a. Item 22. a.
- Postquam excommunicati a nobis recesserint: diuina resumere possumus. 12. a
- Cum excommunicatis a iure conuersari possumus, quāmdiu publicati non fuerint. 31. a
- E**xempti sumus ab omni iurisdictione ordinariorum, a uisitatione, charitatiui subsidij subuentione, a synodaliū & processionum euocationibus, &c. 28. b
- Exempti sumus ab omni iure ecclesiæ parochialis. 23. c
- Cogi non possumus ad pecuniam colligendam, ad cognitionē causarum, ad uisitandum, ad curam monialium, &c. 31. c
- C**
- Exemptionem nostram Dauid episcopus Traiectēsis cōfirmat & corroborat. 22. c
- Exēptos nos fatetur Leo decimus, similiter & Philippus a Bourgundia episcopus Traiectensis. 52. b
- F**ugitiuos incarcerare possumus. 47. c.
- Fugitiui pretextu literarum apostolicarum extra monasterium residentes, reuocari possunt. 52. c
- In fugitiuorum apprehensione, omnes assistentiam præbere debent. 23. c
- De fugitiuorum bonis nemo se intromittere debet, nisi conuentus,
- I uentus,

- A** uentus. 56.
- F**ugitiuis nemo assistentiam prebere debet, neq; cum eis conuersare, sed omnes illos denunciare tenentur, sub pena &c. 53.
- H**abitus noster qualis esse debeat. 10. b
- F**elles syluestres, ab omni usu nostro sequestrantur. 10. b.
- H**ereditario iure in omnibus bonis succedere possumus ac si in seculo permanissemus. 47. b.
- H**oras canonicas soluere possumus, secundum libros loci in quo fuerimus. 4. a
- H**oras canonicas (cum in alijs monasterijs fuerimus) soluere possumus more ipsorum, 10. a.
- B** Super horis canonicis prior superior dispensare potest, cum infirmis & senio confectis. 20. c. Item. 22. b.
- C**lerici & presbyteri seculares apud nos pro tempore conuersantes, horas legere possunt, secundum ordinarium nostrum. 10. a
- I**nfirmi de consilio suorum priorum, horas canonicas intermittere possunt, 22. b.
- H**oras & preces a redditis, conuersis & donatis recitandas, capitulum immutare potest & alterare. 21. c.
- I**ustitiam nobis omnes facere debent sine strepitu iuris. 43. a
- I**uramentum prestare non tenemur, nec cogi possumus ad perhibendum testimonium. 58.
- C** Indulgentias consequuntur genuflectentes ad Te ergo quesumus tuis fa. Et in prefatione cum dicitur Gratias agamus domino deo nostro. 59. b.
- I**ndulgentie dantur audientibus verbum Dei, & ad nomen Iesu inclinantibus &c. 3. c
- I**ndulgentie in festo venerabilis sacramenti, & quod per octauas sacramenti, tempore interdicti, in omnibus templis diuina celebrari possunt. 20. c
- I**ndulgentias urbis Rome promereri possumus. 22. b. Item 37. a
- I**ndulgentias certas promeretur, qui diebus celebribus vna hora, a colloquio se abstraxerit. 22. b

- I**llegitimi eligi possunt, sed nullam administrationem attentabunt, donec prior superior cum eis dispensauerit. 8. b. **A**
- Illegitimi ad sacros ordines de consensu capituli generalis promoueri possunt. 35. b.
- I**nterdicti tempore, diuina celebrare possumus, & mortuos sepelire. 11. c. Item 30. c.
- I**nterpretatio dubiorum reseruaturo capitulo. 13. a.
- I**uramentū prestare aut testimoniū phibere, inuiti nō debem⁹. 38. c.
- L**ectores mense aliquid preguustare possunt. 4. a.
- L**ibertas ecclesiastica suffragari non potest criminosis, vltra triduum, 4. b.
- M**onialium monasteria, capitulum posthac assumere non potest, 21. c. **B**
- Ad monialium curam cogi non possumus. 31. c.
- M**ortuorum officium in nostris ecclesijs nemo extraneus facere potest. 42. a.
- M**ulieres septa monasteriorum nostrorum ingredi non possunt, sub pēna excommunicationis. 58. c.
- O**ccidens seipsum sepeliri occulte potest. 22. c.
- O**rdines sacros a quocūq; episcopo suscipere possumus. 36. b. Item. 21. c.
- Ad sacros ordines emissi, examinari non debent. 30. b.
- Ad ordinem sacerdotij promoueri potest, vicesimum secundū ætatis suę annum attingens. 59. b. **C**
- O**rdinē sancti benedicti ingredi non possumus, nec ad quemcūq; ordinē quisquā ex nostris transferre se potest, neq; vt sit sacellanus cuiuscunq; domini, sub pēna excommunicationis. 37. c. Item 10. c.
- Aliorum ordinum prelati, nostros recipere non possunt. 10. c.
- O**rdinarij a nostris nihil exigere possunt in ordinationibus, aut templorum & vasorū consecrationibus, & aduocare possumus quoscunq; episcopos. 3. c. Item 11. b.
- O**rdinarij visitare nostra monasteria nō possunt, nec quicquā

- A** ordinare, 22. c
- O**rdinarij nullam nobis uisitationem imponere possunt, neq; fratres nostros euocant, 23. c
- O**rdinarij aut alij quicumq; nullam in nos exercere possunt iurisdictionem, neq; aliquem excōmunicare. 29. a
- O**rdinarijs inhibetur ne contra priuilegia molestare nos p̄sumant, sub pena &c. 41. c
- O**rdinarij aut pastores, prohibere non debent suis parochianis, ne nobis confiteantur. 42. b
- A**duocare possumus quoscunq; episcopos, ordinarij licentia nō requisita 47. c
- B** **O**fficium diuinum ubiq; vniformiter seruandum est. i. c. **Item** 16. b
- O**fficium mortuorum nemo extraneus in nostris ecclesijs facere potest. 42. a
- O**nera nulla nobis imponi possunt. **Nec** ad incarcerationē quarumcūq; personarum cogi possumus, neq; ad reparationem pontium aut viarum publicarum. 58. b
- A**d iuramentum p̄strandum, aut testimonium perhibendum cogere nemo nos potest. 58. c
- P**rimarum p̄cum ratione, aut iucundi aduētus, neminem recipere debemus. 4. a
- C** **P**rior superior eandem habet auctoritatem in singulas personas, quam habent proprii priores. 7. b
- P**rior superior & reliqui omnes, obedire debent capitulo, i. b
- Item** 7. a
- P**rior in Vvindefem, erit semper prior superior. **Potest** tamen superioritas transferri. i. b. **Item** 6. c
- P**rior superior habet auctoritatē capituli generalis in causis quę capitulum generale expectare non possunt, i. c. **Item** 9. b.
- P**rioris superioris auctoritas restringi potest. 9. c.
- P**riores, singulis annis, absolutionem petere debent, i. c. **Item** 8. a

Prioratus magis officium quàm dignitas esse videtur. 8. a

Pastores aut curati, etiam per episcopos in ecclesijs parochialibus inuestiti: reuocari possunt. 22. a

Predicare verbum Dei, more mendicantium possumus. Sed hoc restrictum est, 39. b

Prescribi non possunt bona nostra, nisi spacio 60. annorum. 33. a

Per contrarios actus, priuilegia nostra non inuaduntur. 39. c

Priuilegijs nostris gaudent monasteria incorporata & postmodum incorporanda. 3. b. Item 1. c

Priuilegia extenduntur ad familiares & continuos commensales, 23. b

Priuilegiorum confirmatio, 5. c. Item 21. a. Item 23. b. Itē 24. a

Priuilegia large interpretanda sunt, 39. c.

Priuilegia nostra, integra nobis manent, quàm diu in regulari obseruantia perstiterimus, 23. a. Item 46. b

Priuilegijs carthusianorum & cisterciensium vti possumus. 24. a

Priuilegijs cōgregationis sanctæ Iustinæ de Padua gaudere possumus, 38. c

Priuilegia nostra, per contrarios actus non inuaduntur. 39. c.

Literę apostolicę, priuilegijs obuiantes, nullius sunt roboris, 41. a. Item 44. b.

Contra priuilegia si quis nos molestauerit: omnes requisiti, assistere nobis debent. 42. c

Pytantiarum bona, & similia, in alium vsum conuertere possumus. 4. b

Reliquias sanctorum habere possumus, 21. b

Sepultura apud nos eligi potest, 32. a

Sdefunctorū corpora exhumare, & iterum sepelire possumus, 23. b

Schismatis tempore, per pontifices aut alios data, ratificantur, 13. c

Simoniacorum absolutio, 23. a

Simoniace acquisita bona, 23. a

Synodorum visitationibus interesse non oportet, nisi qui ecclesijs parochialibus president, 13. c

Ad synodalia statutorum obseruatiam non astringimur, sed duntaxat ad regulam & statuta capituli nostri generalis, 23. a

Transferre se nemo potest ad ordinem sancti benedicti aut ordinem alium quemcunq;, neq; vt sit sacellanus cuiuscunq; domini, sub pena excommunicationis, 37. c

Transumptis bullę Innocentij, fides adhibenda est. 44. c

Votum ingrediendi religionem, etiam arctiorem, simpliciter vouens: ordinem nostrum intrare potest, 37. b.

Vota in alia pietatis opera, priores commutare possunt, 22. b, Item 20. b

Visitatorum autoritas, 8. c.

FINIS.

¶ Corrigenda in ordinario officij diuini.

- f. Gheertrudis virginis, 9. lect. Primum re. erit Pulchra facie. Vel, Audiui vocem de celo, quod cantatur de virginibus in communi. ¶ Si sabbato vel dominica palmarū, aut feria secunda sequenti venerit ad feriam quintam precedentem transfertur. ¶ Si feria tertia venerit: ad feriam quartā ante pal. transfertur.

c Bene

- c** **Benedicti abbatis. 9. lect.** ¶ Si sab. vel dominica palmarū, aut feria tertia sequenti venerit: ad feriam quintam præcedentem transfertur. ¶ Si feria secunda, quarta, quinta, sexta, aut in vigilia pasche venerit: feria sexta ante dominicam pal. de eo cantatur.
- e** **Monice vidue &c.** Si venerit feria ij. infra octauas ascē. &c. vsq; ad finem totum deleatur.
- H** **Sixti pape &c.** Addatur ibi. Hic plures seruāt festum Trāsfurationis christi, Duplex. Et die sequēti de sancto Sixto, cum memoria Donati.
- b** **Donati &c.** Addatur, Ecclesia Traiectensis hic seruat festū Trāsfurationis christi, cum memoria donati.
- g** **Postridie tyburtij** Scribatur sic Feria quinta de beata virgine. Feria 3. sexta & sab, Omelia & missa de dominica.
- g** **Postridie Egidij,** scribatur sic Feria quarta, missa de dñica.
- c** **Postridie octaue Augustini,** scribatur sic Feria 2. & quinta Omelia & missa de dominica Sabbato de beata virgine.
- H** **Maurorum &c. 3. lect.**
- e** **Intra octauas Augustini,** scribatur sic Feria tertia & quarta, missa de dominica. *Elisab. 4. 2. officia bea nup. de. dñica sab. & b. G. n.*
- b** **Postridie Elisabeth** scribatur sic, Sabbato de beata virgine.
- ¶ In titulo de solemnibus festis, vbi scriptum est Deinde ter ante sacramentum, si in alio loco &c. Deleatur hoc & scribatur sic, Vbi autem venerabile sacramentum, alio in loco positum fuerit: primum fit thurificatio coram venerabili sacramento, ac deinde itur ad summum altare.
- ¶ In titulo qualiter fratres se habeant in horis regularibus folio 37. facie prima, in medio Infra Teū &c, scribatur Infra Te deū, ad versum Te ergo quesumus, genua flectimus Ad virginis vterū, & ad præcioso sanguine, ad gloriosa quoq; &c.

17

1. The first part of the book is devoted to a general introduction to the subject of the history of the world, and to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

2. The second part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

3. The third part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

4. The fourth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

5. The fifth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

6. The sixth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

7. The seventh part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

8. The eighth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

9. The ninth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

10. The tenth part of the book is devoted to a description of the various kingdoms and empires which have existed since the beginning of the world.

¶ Prologus.

Quoniam pestem simoniacam, quamplures vtriusque sexus religiosos, perniciose nimis inuadentem, inficientem & occidentem perspeximus: placuit tractatum hunc velut antidotum, ex diuersis generalibus concilijs, summorumque pontificum constitutionibus, ac sanctorum patrum, doctorumque regulis (ze-lo animarum nos ad hoc instigante) colligere. Dicit enim diuus Gregorius. **Q**uisquis contra simoniacam heresim pro officij sui loco, vehementer non exarserit: cum eo se non dubitet habere portionem, qui prius hoc piaculare commisit flagitium. Hęc autem pestis, sua magnitudine alios morbos vincit. Nam omnia crimina, ad comparationem simoniace heresis, quasi pro nihilo reputantur. Et omnis peccator dum penitet, missam cantare potest: præter simoniacum. Nam teste Gregorio, in ipsa prouectus sui radice viciatus est. Sicque ex eo tempore quo simonię crimen commisit: damnatus est. Christus etiam nunquam aliquod peccatum tam seuerè correxit, sicut vitium simonię, verberans eos flagello, & de templo eiciens, ac dicens, nolite domum patris mei facere domum negociationis. Domum quippe patris ecclesiam, vel monasteriũ vocat: quę fit domus negociationis, dum spiritualia quę in ea tradantur per simoniam venduntur vel emuntur.

¶ Quid sit simonia. | Capitulum primum.

Est autem simonia secundum Hostiensem, spiritualium vel annexorum spiritualibus, præcedente pacto promissionis, conditionis, modi, seruitij, pretij, vel cuiusuis temporalis receptio vel donatio. Secundum vero cantorem parisiensem, simonia est spiritualium acceptio vel collatio non gratuita. Alij vero definiunt sic. Simonia est studiosa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel annexum spirituali. Dicitur in hac definitione, studiosa, hoc est, deliberata; nam sola deliberati-

K one ra-

1. q. 1. quis quis.

B De simo. c.

sicut simo- niaca.

1. q. 7. patet De fl. Tãta

1. q. 1. quibusdam.

Math. 21. 10. 2.

C

Host. de fl. q. 1

Cantor. Par. Pan. Galij

Anto par. 2. ti. 1. c. 2.

A one rationis potest committi hoc peccatū. Dicitur voluntas vel cupiditas: quia spiritualia vendi non possunt, sed ex sola voluntate vendendi aut emendi, fit homo simoniacus, sicut sola spes facit vsurarium. Veruntamen huiusmodi voluntas, si ad actum egressa non fuerit: non punitur in iudicio ecclesie, que non iudicat de occultis, nec incurrit irregularitatem aut excommunicationem, quamuis peccet grauiter, sed sola penitētia deletur, sine resignatione queſitorum. Si vero ad actum aliquem exteriorē fuerit producta: penitere non potest, cum rem furtiuam habeat. Simoniacus etenim furi comparatur: quia cum simoniaco nemo dispensare potest, nisi renunciet ordini & loco male suscepto. Dicitur etiam in definitione spirituale vel spirituali annexum. Spiritualia, quandoq; dicuntur dona virtutum, & gratia dei quandoq; dignitates ordinis, & omne sacramentū ecclesiasticū præter matrimonium. Item omnia iura ecclesiastica spiritualium rerum: vt administrationes, præbende, ius decimarum, cemeteria. Quandoq; etiam res sacre: vt vasa & omnia utensilia. Item iuxta Anthoninū, spiritualia vel annexa spiritualibus dicuntur, dedicatio ecclesie, consecratio virginum & omnium rerum ad diuinum cultum pertinentium, benedictio abbatum, absolutio ab excommunicatione vel alijs censuris ecclesiasticis, electio prælatorum ecclesiasticorum, & confirmatio eorum, renunciatio, visitatio, correctio, predicatio, oratio, officiatio ecclesie, cura animarum, ingressus monasterij vel religionis, præbenda, beneficium simplex, dignitas ecclesiastica, vt archidiaconatus, præpositura, episcopatus & huiusmodi, officium sepulturæ, ius patronatus, officia ecclesiastica vbi est aliquid iurisdictionis spiritualis vt æconomus, vicedominus, audire cōfessiones, legere missam, legere vigiliis. De his Malachias propheta dicit, loquēs ex persona domini. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incēdat altare meū gratuito: Nō est mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum. Vnde videtur qd emere huiusmodi officij ostiarij vel pulsadi cāpanas, sit simoniacū. Quod verū est, si habeat quid spiritualia-

*l. q. i. quicūq;
q; in glo.*

*glo. in verbo
anathematis.*

*l. q. i. repe-
riuntur.*

*glo. in verbo
spiritualis.*

*l. q. i. c. quod
ait.*

*An. parte. ij.
ti. x. ca. 5.*

*l. q. iij. c.
sed adhuc.*

*glo. ibidem
in verbo*

claudit. i.

rituale annexū. Nam quisquis eorū alterum vēdiderit, sine quo alterum non prouenit : neutrum venditum derelinquit.

A
1. q. iij. saluator.

Quod ab ingressuris religionem nihil est exigendum. **Capitulum secundum.**

Cum itaq; constet ingressum religionis esse quid spirituale: pro eo non debet aliquid temporale exigi. Vnde in concilio generali Aluerne habito sic dicitur. Multorum autoritatis huic clarius constat, q̄ ab ingressuris monasterium, nō licet pecuniam exigere : ne & ille qui exigit & ille qui soluit, simonie crimen incurrat. Idem statutum est in concilio Turonensi, his verbis. Prohibemus ne ab his qui ad religionem transire uoluerint, aliqua pecunia requiratur. Expressius uero statuit Urbanus quintus dicens. Autoritate apostolica districtius inhihemus ne tam a maribus quā mulieribus uolentibus ingredi eorum religiones, ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca : in earundem receptione personarum, aut ante, aut post illam, quacūq; pastus, prādia seu cenas, pecunias, iocalia, aut res alias etiā ad usum ecclesiasticum, seu quemuis piū usum alium depurata seu deputanda, de cetero directe uel indirecte, petere seu exigere quoquo modo præsument. **M**unera autem quæ dantur, in triplici sunt differentia. Dicit enim Gregorius in hom. sic. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Non dixit propheta solum a munere: sed ab omni munere. Quia aliud est munus ab obsequio, aliud a manu, aliud a lingua. Munus ab obsequio : est seruitus indebite impensa, seu actio queuis corporaliter exhibita, non honesta, aut ad carnale commodum ordinata. Munus a manu, pecunia est. Et nomine pecuniæ, intelligitur omnis res temporalis, siue mobilis, siue immobilis. Nā teste Augustino de doct. christiana, totum quicquid homines possidēt in terra, omnia quorum domini sunt, pecunia uocatur : seruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia dicitur. Munus a lingua (ut ait S. Tho.) dicitur ipsa laus pertinens ad fauorem humanum, uel etiam præces ex quibus acquiritur fauor

1. q. ij. multorum.

De si. c. non satis.

B
in extraud. Ne in uinea

1. q. i. Sunt nonnulli.

C

1. q. iij. c. Totum.

2. 2. q. c. et in. 4. d. 25.

A humanus, aut contrarium euitatur, vt quando præces sunt armate. **Hæc ille.** ¶ **S**i quis ergo principaliter intendat ad præces: simoniam committit, quia secundū raymundum, præces succedunt loco præti. **Et videtur principaliter ad præces intendere: qui præces pro indigno exaudit. Et tunc tam ille qui præces porrigit, quàm qui exaudit, simoniam committit: si ad præces principaliter mouetur. Sic etiam, si prælatus confert ad præces alicuius aliquid spirituale, hac principaliter intentione, vt sibi laudem vel famam acquirat, aut contrarium deuitet: simoniam committit. Si vero præces porriguntur pro digno: factum**

B non est simoniacum, nisi recipiens haberet respectum, non ad idoneitatem personæ, sed ad humanum fauorem tantum. Nam vt ait magister Adrianus, cancellarius alme vniuersitatis Louanienfis & postea summus pontifex, potest quis ad præces alicuius personæ conferre, aliàs non collaturus, sine vicio simoniæ: quando præces capit in certum testimonium veritatis, nõ dubitans dignum esse pro quo talis rogat. ¶ **D**e metu, idem vbi supra talem mouet questionem. **Q**ui metu cõfert, nullum munus expectat: quomodo ergo committit simoniam, in qua semper est voluntas vendendi vel emendi? **R**espondet, q̄ simonia est omnis collatio, non gratis facta. **E**t qui metu facit: non gratis facit & liberaliter: sed vt pœnam euitet. **E**t sic carere malo, habet rationem muneris, dum est causa conferendi. ¶ **E**st etiam secundum eundẽ, adhuc aliud munus, videlicet sanguinis, dum quis ex affectu carnali, & propter consanguinitatem alicui dat beneficium, aliàs non cõcessurus. **E**t talis simoniam committit. **H**ęc

C **A**drianus sextus. ¶ **I**tem si promittatur alicui, q̄ post biennium recipietur, si interim didicerit talem artem: non est simoniacum. **I**dem enim est, ac si dicatur. **R**ecipiemus te, si idoneum te præstiteris. **S**i vero intentio sit lucrum temporale illius artis: simonia est. **I**ntentio ergo semper firmãda est, non in præcibus, non in aliquo lucro: sed vt numerus seruietium deo augeatur, & vt recipiendus in monasterio saluetur.

Antho. ubi supra.

Quod

Quod per nonnullos iuris peritos, religiosorum instituta ignorant, plures decipiuntur. **Cap. 3.**

A

Veruntamen reperiuntur iuris periti minus peritos in hoc periculoso negotio se ostēdentes, & religiosi præsertim monialibus, placentia magis quam saluti congrua loquentes: dum solū quid dicāt doctores (quorū opiniones varie sunt) attendūt considerationis oculum, ad monialium professionem, ad primitiam earum institutionem, ad regulam & statuta ordinis non reflectunt. Quibus Christus eternum ve cōminatur, dicens. **Ve vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi regnum celorum non intratis, nec introeuntes finitis intrare.** Cum enim scemine suapte natura cupide sint, & ad simoniam proclives: ipsi oleū igni addentes, erroriq; scemineo, inextricabilē labyrinthū texētes, dicūt. **Si monasteriū tenue est: possunt utiq; moniales recipere temporalia ab ingrediēte, pro sustentatione ipsius.** Dicit (inquiunt) glosa quædam sic. **Si monasteriū est ita tenue, q̄ non possit sufficere: argumentū est q̄ tunc possit exigere, hoc modo. Frater scias, q̄ non possumus tibi providere: si vis intrare, porta tecū, vnde viuere possis. Idem (aiunt) dicit alia glosa, vbi dicitur. Nec ante nec post aliquid potest exigi: nisi forte monasterium esset ita tenue, q̄ non posset providere ei. Tunc enim bene posset dici ei: libenter te reciperemus, si haberemus possessiones, vnde posses sustentari. Sed vtinā huiusmodi monialiū perversores, & simoniæ suasores, attēderēt quod in glosa præfata sequitur sub his verbis. Hoc tamē videtur reprobare, illa constitutio, quoniam simoniaca: q̄ prætextu paupertatis posset peti pecunia. Hęc Io. vbi supra. Et subiūgit ibidē Bartholomeus brixienfis. Quicquid dicat Ioannes: si ita dicatur simonia est, vt videtur dicere decretalis, de si. c. quoniā simoniaca. Rursum inquit. Simili modo loquitur glo. ca. quoniam simoniaca dicens. Paupertatis prætextu, nō debet quis operari peccatum mortale sed potius quælibet mala pati. Possit tamen dici, q̄ si ita pauperes sunt q̄ non possent ibi alias aliquo modo recipere, quia**

*Luc. 12.
Mat. 31.*

B

*glo. in verba,
requiritur
de si. c. non se
tis,
1. q. 1. prin.*

C

*In verba:
paupertatis,
de si. 32.
q. 5. c.
ita ne.*

A non haberent ibi victum & vestitum : sub hac forma. **N**on habemus quod demus tibi pro victu : nisi tu portes tecum vnde viuas. **D**um tamen hoc non dicatur in fraudem, & sine aliquo pacto. **H**æc Ioannes. **S**ubsequitur iterum ibidem brixienfis dicens. **S**ed tutius est vt nullo casu taliter aliquis vel aliqua recipiatur. **H**oc etiam sentit **P**anor. in dicto cap. vbi sic ait. **C**autius tamen est, vt nullo modo hoc fiat. **D**yonisius quoque carthu. in libro suo de simonia, post tres adductas opiniones tandem articulo decimo, suam infert sententiam dicens. **I**nter prefatas tres responsiones, illa videtur esse securior, quæ dicit indistincte, quod nec sub prætextu seu colore paupertatis liceat aliquid a recipiēdo exigere : quia magis recedit ab omni specie mala, & longior est ab omni simoniaca labe, magisque concordat decretalibus seu constitutionibus summorum pontificum, & generalium conciliorum. **E**t **A**drianus papa. vi. in loco præallegato dicit. **S**i omnino religiosi pauperes sunt & non habent vnde vltra numerum receptorum aliquem alant, an liceat ceteris paribus, recipere iuum, qui vnde sibi victus necessaria, ministrare possit, adducit dubitant doctores, & fouent contrarias sententias. **S**ecurior autem esset eo casu nullum recipere, priusquam aliquis moreretur. **H**oc ipsum quoque sentit **I**nnoctius. **N**on licet (inquit) sub hac forma recipere aliquem, recipiemus te in fratrem, si detuleris vnde viuas, quia bona monasterij non sufficiunt nisi nobis. **Q**uia in hoc crimine non excusat paupertas. **H**is omnibus vt oportuit, non animaduersis : prefati iurisperiti vt monachis & monialibus damnationis laqueos tendant : allegant etiam **R**aymūdum, hostiensem, & nonnullos alios dicentes, quod primo gratis debet offerri spiritualia, & deinde exigi temporalia. **I**sti (vt ait **A**ntoninus) ponunt duplex ius ex ingressu religionis competere ingresso. **V**num scilicet spirituale, vt est vox in cap. & participatio bonorum quæ ibi fiunt, & huiusmodi. **A**liud est, quod sustententur proportionabiliter de bonis monasterij. **E**t de isto secundo videntur isti sentire & non de primo. **S**ed ista opinio non videtur multum attuas

Pan.

Dyo. car.

Adrianus 6.

Innoctius.

Parte 2. ti.
 primo. c.
 quinto.

tata: cum dicat simpliciter Bonifatius papa, cesset omnis pactio
cesset omnis conuentio. **C**um enim venditur temporale: intel- 1. q. 1. quã
ligitur etiã vendi spirituale cui annexum est. Nam in monacho pio.
necessaria sustentatio in victu & vestitu, separari non potest a iu- 1. q. 3. salua
re spirituali. Tenetur enim monasterium ei prouidere in tempo-
ralibus secundum possibilitatem: cum etiam deseruiat in spiri-
tualibus. Hæc Anthoninus.

De constitutione Ne in vinea. Cap. 4.

Contra vero extrauagantẽ vrbani quinti. Ne in vinea, quæ
Caperte loquitur, nec vllam tergiuersationis locum relin-
quit: dicunt moniales pauperes sub ea non comprehendendi. Nam
in extrauagantibus communibus (inquiunt) vbi & ipsa colloca-
tur sic in margine adnotatum est. Hanc extrauagantem allegat
in c. de simoniacę, extra de simonia, acutissimus vtriusq; iuris in
terpres dominus Felinus sandeus Ferrariensis, sacri palatij apo-
stolici auditor. Et ibi dicit se audisse a fide dignis, qd Urbanus
quintus non intendebat cõprehendere moniales pauperes, quę
consueuerunt aliquid recipere vigore consuetudinis. Hæc ibi. Feli. de st.
Salua reuerentia huius marginalis notule (tam & si parum refe- c. de simo-
rat quis dicat) Felinus in præallegato cap. de simoniace, non ita niace.
loquitur. Nõ enim dicit se hoc audiuisse: sed reperio inquit ma-
gistrum Anthoninum archiepiscopum Florentinũ dicentem se
audiuisse, qd Urbanus quintus in dicta extrauaganti, sane ne in
vinea, non intendebat compræhendere moniales pauperes, quę
solebant aliquid recipere vigore consuetudinis. Huiusmodi au-
tem anthonini verba reperiuntur parte secunda, ti. primo cap.
v. §. xx. Et iterum par. iij. ti. xxiii. c. lxxvij. Vbi postquã po-
suisset totam hanc Urbani extrauagantem ne in vinea, subiun-
git. Audiui a fide dignis, qd Urbanus iste quintus, habuit dicere,
qd nolebat, qd incurrerent moniales pro huiusmodi datis quæ
fiunt pro ingressu monasteriorum, censuram aliquam ecclesi-
asticã, & præcipue excõmunicationis. Si itaq; tam Felini quàm
Anthonini verba perpendantur: neuter inuenitur quicquã
appro-

recipere promittant. Et si contrafecerint: receptio talis, nulla fit. Et nihilominus grauius a capitulo puniantur. His omnibus diligenter pensatis: nulla ratione, moniales siue pauperes sint siue diuites, aliquid in receptione exigentes videntur excusari posse a simonię vitio.

¶ Undecim regulę doctorum, pro directione monialium pauperum. Capitulum quintum.

VT autem pie mentes tam promouentes quam recipientes feminas ad religionem, immaculatas se valeant ab hoc execrabili crimine præseruare: subiunguntur hic undecim regulę, a decem doctoribus vniuersitatis, studij Colonienfis concorditer conscriptę & approbatę, quorum ista sunt nomina.

Magister Petrus Gelrię.

Magister Arnoldus Clotinghen.

Magister Bernardus de Reyda.

Magister Gherardus de monte.

Magister Ioannes Tinctoris.

Magister Henricus Bemmell.

Magister VVilhelmus Leydis.

Magister Iacobus Segher.

Magister Henricus de Pyro.

Magister Henricus Rether.

} sacre theologię professores.

} decretorum doctores.

} legum doctores.

¶ Prima regula. Cuiuslibet monasterij bona temporalia agrorum cultura redditus perpetui, lucra etiã manualia, in numero & pondere valoris sui taxentur & estimentur ad vnã certã summã communibus annis ex his consurgentem. Ex qua summa dematur vna quota rationabilis & sufficiens, ad expensas annuatim faciendas, pro cõmuni vtilitate & necessitate, seu reparatione & conseruatione edificiorum ipsius monasterij, pro sustentatione quoq; ministrorum altaris & familiarium, & pro receptione hospitiũ communiter superuenientium. Insuper erit videndum, quali quota pecuniarum, valebit quęcunq; huiusmodi persona in communibus annis, de suis necessarijs, alimento & tegumento compe-

competenter provideri. In spectis tamen semper diligenter qualitate & conditione patrię, in qua monasterium recipiens fuerit situatum. Vnde in Colonia & locis circumuicinis sufficiunt viginti floreni Renenses, vel quasi, pro sustentatione vnius feming religiosę. In alijs vero locis, vbi victualia sunt in remissiori foro, sufficiunt pauciores, puta duodecim, paulo plus vel minus secundum discretum iudicium taxantium. His ita taxatis, & in recta rationis lance bene ponderatis: summa bonorum annuatim superexcrecentium taxetur, estimetur & ordinetur ad prebendas siue sustentationem tot personarum religiosarum quot modo sine penuria possint sustentari, in victu, vestitu, & alijs necessarijs. Ultra quem numerum, nulla persona recipiatur de bonis monasterij sustentanda. Quę temporalia bona si augeantur vel minuantur: proportionabiliter augeatur vel diminuatur numerus personarum recipiendarum. Veruntamē huiusmodi bonorum taxatio, similiter & quota singulis personis assignāda, auctoritate apostolica vel ordinaria, aut certe capituli generalis, per prudentes commissarios erit imponenda & instituenda. ¶ Nota quod hic & etiam in statutis monialium, similiter & in capitulo periculoso de statu regularium libro sexto, & ibidem in glosa dicitur sic. Non dixit commode: sed absq; penuria. Quia fieri potest, quod aliqui nō possent commode, sed possent absq; penuria sustentari. Nam canonicus Bononiensis, de centum florenis non posset commode sustentari: & tamen de viginti quinq; sustentaretur absq; penuria. Penuria enim habet in se egestatem & indigentiam & defectum necessariorum.

*In uerbo
absq; penuria.*

¶ Secunda regula. Quando aliqua persona infra numerum predictum recipitur: si aliquid temporale directe vel indirecte, ante vel post, pro ingressu seu receptione petitur vel exigitur, siue sint pastus, prandia vel cenę, pecunię, iocalia, aut res alię quęcūq;, etiam ad ecclesiasticum vel alium pium usum deputate vel deputande: committitur simonia.

¶ Tertia regula. Quicquid a personis ingredientibus monasterium,

rium, pure & sponte, ac plena liberalitate, omni pactione cessante, monasterio datur vel offertur: licitum est recipere.

¶ **Quarta regula.** Licet ad locum vacantem iuxta præscriptum numerum, possit persona diues, alias tamē idonea, gratis recipi: tutius tamen est, ad illum locum pauperem personam, eque vel magis idoneam recipere. Huic dicto etiam consonat Adrianus papa. 6. in suis quotlibetis q. 9. circa finem dicens. Si eque qualificatorum & ad monachatum habilium, diuitem propter facultates recipiunt, spreto paupere: simonia est, quamuis vterq; instet, & pauperem recepturi essent, vbi eum solum instare contigisset. Quo casu tamen licuisset per sortem dirimere difficultatem, vt docet Augustinus de doctrina christiana libro primo.

¶ **Quinta regula.** Si in dictum locum sic vacantem persona recepta, tantas facultates sponte ac liberaliter monasterio contulerit, vnde ipsa persona possit ibidem annuatim sustentari: talem personam non oportet computari in numero personarum supra taxato. Sed alia idonea poterit in illum locum prius vacantem gratis recipi.

¶ **Sexta regula.** Licitum est personam idoneam, vltra numerū taxatum ad monasterium recipere, dummodo exhibitis gratis spiritualibus, illa persona tantum secum detulerit vnde possit sustentari.

De sta. re- gula. e. pe riculosum lib. sexto. ¶ **Septima regula.** In practica seu forma proxime dictę recepti- onis sic procedatur. Personę idoneę petenti deuote ingressum religionis, respondeatur. Habemus nunc numerum personarū, autoritate superiorum nostrorum legitime & rite nobis institurum, vltra quem neminem possumus recipere. Nam receptio huiusmodi, iuxta decretū apostolicum esset ipso iure nulla, inanis & vacua. Si bona nostra siue lucra manualia sumerent incrementum: numerus personarū nostrarum, de licentia dictorum nostrorum superiorum posset augeri. Alias minime. Quia absq; penuria plures sustentare non possumus. Si tunc huiusmodi persona ingressum petens, auditis & bene intellectis penuria & prohibicione

hibitione, sponte & absq; villo pacto offerat & adducat certam & sufficiētem quōdam, lucro suo manuali in eadem quōta computato: licite potest recipi.

¶ **Octaua regula.** Si a tali persona sic vltra numerum recipienda, aliquid temporale vltra præmemoratam taxam pro sustentatione ipsius petatur siue exigatur siue sint passus, prandia vel quæcunq; aliæ res: committitur simonia.

¶ **Nona regula.** Quando persona idonea infra numerum gratis vel vltra numerum cum prædicta rationabili taxa sustentationis recipitur: tali personæ concedi debet, vt de temporalibus suis bonis præter prædictam taxam in suo casu, possit libere disponere cui & vbi libere voluerit, vsq; ad suam professionem exclusiue. Licet cōsultum sit personæ diuiti quæ infra numerum gratis recipitur, vt potius monasterio tantum de bonis suis vnde sustentari valeat relinquat, quam de bonis monasterij, seu elemosinis gratis viuat. Concordat hoc cum augustini regula, quæ ait. Qui aliquid habebant in sæculo, quando ingressi sunt monasterium libenter velint illud esse commune.

¶ **Decima regula.** Quando cunq; aliqua persona ad monasterium recipitur ea intentione, vt recipientes bona tēporalia cuiuscunq; generis vel speciei illa sint, consequantur, vltra rationabilem taxam sustentationis necessarie, pro persona recipienda vltra numerum: committitur simonia.

¶ **Vndecima regula.** Personæ religiosæ siue spirituales in sua fundatione institutæ ad breues orationes & lōgiores labores manuales, sufficientes pro sua sustentatione, quæ in laudis præconium suæ salutaris vitæ proferunt hoc propheticum, labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit: non debent exigere a personis recipiendis temporalia pro sua sustentatione, quæ habentur ex laboribus exercendis, dummodo pro ea labor sufficiat. Quia vt sic: temporalia exigentur pro spiritualibus gratis dandis: quod est simonia. Hucusq; doctores præscripti.

¶ Praxis Dyonisi carthusiani in receptione personarum. Capitulum sextum.

DYONISIUS sic asserit procedendum. Personę locum petenti, ita respondebitur. **N**on sumus dispositi te recipere, aut fr locum petenti tribuere. **S**i causam inquirat: respondebitur ei. **Q**uoniam pauperes sumus, & bona per nos habita non sufficiunt nobis & tibi. **S**i tunc petens dicat, bene providebitur personę meę, exinde grauamen conuentus non habebit: non poterit eidem respõderi, huiusmodi prouisione facta, te recipiemus. **Q**uia sic interueniret pactum, quod omnino illicitum est. Sed ita poterit responsum formale reddi. **S**ublato receptionis tuę obstaculo, faciemus quod penes nostrę conscientię rigorem, & ordinis nostri tenorem agere poterimus. **S**i autem adhuc certius aliquid audire quęsierit: respõdebitur. **N**on possumus bona conscientia amplius dicere, nec aliquo modo pacisci. **I**nsuper instruere debet petentem, imo & pie increpare ac dicere. **V**is nos ipsos tecum damnationi inuoluere, faciendo pactum de receptione, quod simonia cum est & illicitum tam tibi quam nobis. ¶ **H**ęc Dyonisi praxim, similiter & eam quę paulo ante regula septima posita est, moniales docere, tutum nõ videtur. **N**am licet per dictos doctores, aliosq; dominos approbata sit, necnon & a magistro de pyro in iure civili licentiatõ ordinis carthusiensis & in domo Colonienfi vicario in suo scripto desuper edito, pluribus rationibus & argumentis defensa: reuerendo tamen patri Theodorico grauię priori superiori, capituli VVindesemensis, ac nõnullis alijs viris illuminatis & conscientiosis, longaq; istarum rerum experientia edoctis, securius videtur neminem omnino recipere, donec locus aliquis vacauerit. Huius etiam sententię est, Adrianus papa sextus, cuius verba sup̄posita sunt, capitulo. iij. **N**on enim facile poterit femineum genus, prædictis respondendi limitibus se continere, aut intentionem seruare synceram, sed data vel modica occasione, etiam bona & licita: fragilitate naturę, frequenter erumpit ad illicita. Et iuxta dictum domini An-

risiodorensis, religiosi non solum viam meliorem & perfectio-
rem, sed & tutiorem eligere debent. **Augustinus** quoq; dicit. *De pe. d. 7.*
Te ne certum, & dimitte incertum. **Cum** ergo apertissime constet, *c. Si quis.*
nullusq; rationis cōpos ambigere queat, quin securius sit, absq;
cuiuscunq; paupertatis allegatione seu insinuatione personas re-
cipere: consequitur quod religiosi ad hoc teneantur. In huius-
modi enim horribili & periculosa via cautissime erit ambuland-
um, ne quis ruat in voraginis profundum. **Quod** si persona pe-
tens habere introitum, ad locum petitum suscipi nequeat: ad al-
liud monasteriū bene prouisum dirigatur. **Sic** saluabitur peten-
tiū & recipientium conscientia. **Ipsa** etiam sic declinabitur simo-
niaca lepra, quæ alias difficillime per quodcunq; medicamentū,
venit pellenda, præsertim apud feminas. ¶ **Quæ** sequitur ex tra-
ctatu quæ prædictus pater reuerendus **Theodricus** graue colle-
git, desumpta sunt, paucis tamen mutatis vel additis.

¶ **Quam** periculosum sit paupertatem allegare in re-
ceptione personarum. **Cap. septimum.**

Nunc iam omni studio erit videndum & considerandum,
quam periculose in huiusmodi personarum receptione
poterit paupertas allegari, maxime in domibus vbi nondū auto-
ritate qua supra, dicta quota est singulis personis assignata, nec
reditus & prouentus vndecunq; prouenientes in arcto calculo
computati. **Huius** autem quæstionis determinatio, erit per arti-
culos octo resoluenda.

¶ **Primus** articulus. Periculosum est in monasterio aliquo, pau-
pertatem allegare, & ob hoc petenti locum personæ idoneæ de-
negare. **Probat**ur, tum primo: quia si huiusmodi paupertas al-
legata fuerit falsa, & tali respectu oblatio temporalium fuerit de-
super facta: eo casu, ex parte recipientium erit huiusmodi per-
sonæ receptio simoniaca. **Tum** secundo: quia si huiusmodi pau-
pertatis fuerit allegatio vera, & ultra dictam quotam, quodcūq;
fuerit petitum: huiusmodi petitio & receptio erit simoniaca.

¶ **Secundus** articulus. **Videt**ur falsa allegatio paupertatis in do-
mibus

mibus, vbi dictum & annuatim ex laboribus & lucris manualibus, siue aliunde, crescunt temporalia bona in hortis, aquis, pascuis, agris, redditibus, prouentibus ædificijs, utensilibus, seu etiam in alijs quibuscunq; bonis, clenodijs & rebus.

¶ **Tertius articulus.** In domibus vbi est copia personarum, allegatio paupertatis erit valde periculosa, vbi bona & prouentus pro præsentibus sufficiunt, & vni aut duabus personis petentibus, ratione dictæ paupertatis, locus denegatur. Quia in talibus domibus, vna aut duæ personæ parum vel nihil facient, pro suo alimento in augmento expensarum totius domus, prout notorie constat.

¶ **Quartus articulus.** Periculose dicta paupertas allegatur in congregationibus personarum, vbi licet in alimento, tegumento & tecto non sit affluens copia: est tamen illic competentia necessaria. Quia quamdiu ibi non fuerit penuria (quod nomē est miserie, inopiæ & angustie) non poterit ibi in receptione cuiuscunq; personæ, dicta quota, sub dicta practica peti aut insinuari.

¶ **Quintus articulus.** Vbi in huiusmodi domibus fuerit in coquina prouisio competēs & necessaria: ibi ratione noui & sumptuosi ædificij erecti seu erigendi, non videtur tute posse dicta paupertas allegari. Quia sicut in nutrimento, aliquod incommodum, citra tamen penuriam, erit sustinendum: ita & in tecto & tegumento erit agendum.

¶ **Sextus articulus.** Periculose paupertas poterit allegari, vbi eriguntur sumptuosa ædificia & præciosa domicilia, Petris tecta, vitris imaginibus virorum & feminarum cum insignibus depictis ornata, in parietibus, pauimentis & similibus nō parum decorata. Hic enim non elucet paupertatis & inopiæ signa: sed magis vberime facultatis & copiosæ substantiæ argumenta.

¶ **Septimus articulus.** Si huiusmodi sumptuosorum domiciliorum intuitu, onera debitorum, conuentum siue congregationē aliquam præferint: eo casu, pro huiusmodi debitis soluendis, in toto aut in parte, dicta paupertas tute allegari non potest in

(receptis

receptione alicuius personæ: quia ex recipientium venit culpa, quod erę alieno depreſsi ſunt. Quare commodum non reportabunt ex ſua culpa & imprudentia.

¶ **O**ctauus articulus. In nonnullis domibus ſumptuoſa eriguntur ædificia, quorum intuitu aſſumuntur debitorum onera, ſub illa ſpe & fiducia, quia altiffimus providebit de ſua gratia. **A** fortiori ergo, in receptione pauperis idoneæ perſonæ, non videtur tute poſſe inopia allegari, quia potior ratio eſt, pro huiusmodi perſona, aliqua in temporalibus ſubire incommoda, ſub ſpe qđ dominus providebit: quàm ob noua ædificia in altum erigenda, cum deus velit mãſionem ſuam facere in huiusmodi animabus ſuo ſeruitio conſecratis, & non in habitaculis ex cemento & lapidibus fabricatis.

¶ **C**autele ſiue articuli .xiiij. in receptione perſonarum, etiam in domibus in temporalibus bene aut competenter prouifiſ. **Capitulum octauum.**

Primus articulus. Recipere perſonam aliquam propter reſ ſuas temporales, & ibi deſigere principaliter ſuæ intentionis oculum: eſt ſimoniacum.

¶ **S**ecundus articulus. Recipere perſonam aliquam propter ſanguinis ſui eleuationem & promotionem, & ibi deſigere principaliter ſuæ intentionis oculum: eſt ſimoniacum.

¶ **T**ertius articulus. Recipere perſonam aliquam propter humane laudis fauorem, & alienæ linguæ retributionē & ibi deſigere principaliter ſuę intentionis oculum: eſt ſimoniacum.

¶ **Q**uartus articulus. Recipere perſonam aliquam propter obſequium quocunq;, & ibi deſigere principaliter ſuæ intentionis oculum: eſt ſimoniacum.

¶ **Q**uintus articulus. Recipere aliquam perſonam propter præces, & ad illas principaliter deſigere intentionis oculum: eſt ſimoniacum.

¶ **S**extus articulus. Recipere perſonam aliquam propter præces armatas, quæ ſunt mine ſublimium & potentum dominorū

siue principum, & ibi defigere principaliter suæ intentionis o-
culum: est simoniacum.

¶ Septimus articulus. Pro receptione alicuius personæ, petere
ante vel post, directe vel indirecte, vestimenta, operimenta, li-
bros, mensalia, prandia, cœnas, calciamenta, pellicia, aut alia quæ-
cūq; utensilia, clenodia aut iocalia, etiam ad cultum diuinum ex-
ponenda est simoniacum. Est autem petere indirecte: consq; ne-
gare, donec in numero denariorum aut clenodiorum recipien-
tibus fuerit sufficiēter oblatum, addictum siue prouisum. Nam
in aliquibus domibus nolunt puellas ad professionem recipere:
nisi quod promissum est, legitimis documentis aut sigillis fue-
rit firmatum. Hic ergo, quia interuenit pactum: totum simo-
niacum est.

¶ Octauus articulus. In multis domibus, in receptione cuius-
cūq; personæ offeruntur & conferuntur, vestimēta, operimen-
ta, libri, & alia donaria, aut certa pecuniarum summa pro eis. Et
dicunt recipientes, se ista non petere aut exigere: sed dari libera
voluntate. Cuius tamen contrarium præsumitur esse verum. Li-
cet enim ipsi prædicta non petant: tamen consuetudo ibi intro-
ducta inueterata, & per multorum annorum curricula cōtinua-
ta, atq; in locis vicinis promulgata, per se & sua propria virtute
petit huiusmodi prædicta donari siue offerri. Nam ingressum
petentes, cognoscentes se aliter nō posse locum obtinere, nisi sal-
ua dicta consuetudine: sepe inuiti prædicta offerunt. Talis ergo
receptio est periculosa, & simoniæ valde propinqua.

¶ Nonus articulus. In pluribus domibus religiosorum in die-
bus inuestitionis & professionis, sumptuosa ministrantur præ-
dia, quæ constant numerosa pecuniarum summa. Ibi præsentan-
tur multorum ferculorum copia, & diuersorum vinorum po-
cula. Si igitur huiusmodi prandia offeruntur in vim petitionis,
desuper directe aut indirecte ante vel post porrecte: erit simo-
niacum, secundum Urbani papæ penale decretum. Mentior, si
non audiui in certa domo Hollandiæ in vno die professionis, ita
sumptuosa

sumptuosa fuisse ministrata prandia, quorum præcium cum certis alijs donarijs transfuit in non paucorum florenorum Renensium computum. Insuper huiusmodi prandiorum expense scripto commendate, sepe defalcantur in dictarum personarum futura hereditate.

¶ Decimus articulus. Iure cautum est, professurum in religione de rebus suis posse disponere & testari velut carne moriturum. Nunc professuro sepe in priuato aut in publico suadetur, vt in suo testamento disponat, de certo clenodio conuentui ad vsum sacristiæ aut ad alium vsum conferendo. Si talis persuasio transeat in vim exactiõnis aut petitiõnis, directe vel indirecte & mentem professuri (alias omnino inuoluntariam) inducit ad aliquod promissorum dandũ: huiusmodi persuasio aut inductio videtur esse simoniaca aut periculo eiusdem criminis valde propinqua.

¶ Vndecimus articulus. Recipere vel conferre aliquod temporale pro receptione personarum, vt pauperibus distribuatur aut in pios vsus conuertatur: simonia est, secundum Innocentiũ. iij. qui ait. Constituimus & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuscũq; gradus clericus pro ecclesiæ beneficio audeat aliquid conferre, aut in fabrica ecclesiæ, vel in donarijs ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum. quia teste scriptura, qui male accipit, vt bene dispenset, grauatur potius quàm iuuetur.

l. q. iij. c. ex multis.

¶ Duodecimus articulus. Recipere personam aliquam absolute propter deum, & post talem absolutam receptionẽ aliquid pro dicta receptione exigere aut petere: est simoniacum. Patet hoc in Giesi puero Helisei, qui simoniacus fuit, licet ante pactum nullum fecerit.

¶ Tertiusdecimus articulus. In nonnullis monialium domibus currit reprobata illa consuetudo vt parẽtes pro expensis filiarum, soluant huiusmodi domibus certam quotam pecuniarum, donec & quousq; eorum filia pro horis canonicis soluendis, per moniales in scholasticis bene fuerint informate. Huiusmodi igitur expensas, directe aut indirecte, ante vel post, dicta rati-

one petere, est periculosum, iuxta **V**rbani decretum. Quia huiusmodi filiarum ad hoc facta est receptio, vt tempore debito moniales creentur. Et huiusmodi creatio nō potest fieri, nisi pro honoris suis canonicis in conuentu soluendis, in scholasticis doctis fuerint. Qui ergo habent eas creare moniales, habebunt & eas prius creare scholares, in scholasticis bene doctas. Quare qui gratis dare tenetur principale: tenetur & gratis ministrare illud instrumentale, sine quo non potest ad principale.

¶ De penis simoniæ. Cap. nonum.

VT autem enorme crimen simonię amplius euitetur: nunc de penis talis sceletis, erit videndum & inquirendum. Auctores igitur huius criminis, vel sunt personę receptę, vel recipientes, vel mediatores. Si fuerint personę receptę: puniuntur in persona & in substantia. In persona: quia si eis sciētibus simonia fuerit commissa, expelli debent, sine spe restitutionis, de monasterio vbi simoniace locum obtinuerunt, & in aliud monasteriū arctioris regulę & vitę, ad agendam perpetuam penitentiam detruđi. Penitentiam enim agere non possunt: nisi renunciauerint loco malè acquisito. Si vero non posset regula arctior inueniri: debent mutari in aliud monasterium eiusdem regulę vel ordinis. Quod si nec hoc cōmode fieri posset: fiat saltem ad tempus.

de st. c. quo
nam simo
niaci.

De st. c. de
regulari-
bus. & c.
ex insinu-
atione.

De st. dile-
ctus filius.

Pan. de st.
ueniens.

Vel iuxta **F**elinum, maneant dispensatiue in loco primo, cessante scandalo, & de nouo recipiantur, & vltimus eis locus assignetur nec vocem in capitulo habebunt, nec aliquid iuris sibi ex prima receptione vēdicare possunt. Quoniam primus titulus, propter delictum omnino extinctus est. Vel iuxta **I**nnocentium, tales nō recipient prębendam de monasterio. Quod **N**ost. & **I**o. an. intelligunt de prębenda in conuentu non habenda sicut prius. Nā in argastulis eis prouidebitur. Hęc **H**enricus boyck, super capitulo dilectus i. Nec possunt tales simoniaci morari extra claustrum, aut damnabiliter in seculo vagari: quia simonia in monachatu commissa, nō viciat monachatum. Nam proprie simonia committitur nō respectu monachatus, sed vt habeat locum in

illo

illo monasterio. **V**nde ingressus respectu monasterij viciatur : sed monachus tenet. **E**st enim obligatio quædam, deo quæ fixa : quæ non impeditur per factum recipientis pecuniam. **N**am cum iste intendat se obligare deo : prauum factum alterius, non impedit hanc obligationem. ¶ **P**uniuntur etiam sententia excommunicationis, a qua non poterunt absolui (extra mortis articulum) nisi duntaxat per specialem licentiam summi pontificis, desuper specialiter obtinendam. ¶ **S**ecundo puniuntur etiam in substantia. Nam pecuniam quam turpiter & simoniace dederunt, reddi non debet illis qui dederunt : sed dabitur monasterio in quod ad agendum penitentiam detruduntur. **V**erum si illis poenitus ignorantibus, simoniace recepti fuerint : loco & monasterio renunciare debebunt. **E**t renunciatione absolute facta : poterunt de nouo recipi, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. ¶ **S**i autem fuerint personæ recipientes & singulares : puniuntur per omnia in persona & substantia, vt supra dictum est de dantibus. **S**i vero abbates, abbatisse, priores aut priorisse aut alij prelati regulares, aliquid simoniace receperunt, tunc aut constat de simonia commissa per eos in modum accusationis : & tunc puniuntur pena depositionis vel amissionis honoris & amissionis monasterij seu loci in monasterio, vt in capitulo dilectus, & in capitulo quoniam simoniaca. **A**ut constat de simonia commissa per modum inquisitionis : & tunc debet **D**ioecesanus eis iniungere penitentiam cõpetentem, & donec illam peregerint, a sacrorum ordinum executione suspendere, vt habet glosa in præallegato capitulo dilectus, in verbo abbatibus. **R**atio autem, quare cum agitur per modum accusationis, puniuntur tam recipientes quam recepti, & cum agitur per modum inquisitionis soli recepti deponuntur hæc est : quia in inquisitione cum instituat ad hoc vt quis corrigatur, receptus debet remoueri, quia aliter non posset corrigi, quia habuit vitiosum ingressum, & detinet rem iniustam, nec penitere potest, nisi restituat quod iniuste possidet. **S**ed recipiens potest penitere, restituendo

*l. q. 2. repe-
riuntur. Et
in extra. ne
in uinea.*

*Hen. boye;
de st. dilec-
tus.*

id quod turpiter accepit, licet non remoueat. **Hæc Boyck.**
¶ Quod si totus conuentus deliquit in personarum receptione:
 secundum extrauagantem Urbani, ne in vinea, interdicto eccle-
 siastico subiacebit, quod non venit relaxandum, nisi per licenti-
 am summi pontificis in speciali obtinendam. **¶** Mediatores ve-
 ro, hoc est, quibus mediantibus & sollicitantibus simonia com-
 mittitur: decernuntur esse simoniaci vt, 1. q. 1. **¶** Si quis, vbi dici-
 tur. Si quis mediaior tam turpibus & nefandis datis uel receptis
 extiterit: si quidem clericus fuerit a proprio gradu decidat. Si
 vero laicus: anathematizetur. **Huiusmodi præterea mediatores,**
 si de simonia conuicti fuerint: ab omni beneficio & officio sunt
 deponendi. **Notam enim infamie incurrunt, & a publicis officijs**
 & actibus legitimis repelluntur, vt in capitulo veniens, de testi-
 bus, & in glosa in dicto capitulo. **¶** Si quis episcopus.

¶ De sororibus. Capttulum decimum.

DE sororibus in congregationibus absq; religione & absq;
 regula a sede apostolica approbata viuentibus, dubitatur
 vtrum si in receptione personarum ad suam societatem aliquod
 temporale petierint, exegerint aut receperint: simoniam com-
 mittant. **Respondetur** si sorores huiusmodi, ita receptæ, virtute
 suæ receptionis & incorporationis, aliquod ius spirituale in sua
 congregatione recipiunt: sic in casu præmissio, simoniam com-
 mittunt. **Probat** hoc ipsum per **V Vilhelmum**, qui quærit in
 simili. **Quid** si pro pecunia recipiatur aliquis ad seruiendum in
 hospitali, vel in huiusmodi? **Respondet ipse:** si in huiusmodi ca-
 sibus, consequitur aliquod ius spirituale: simonia est. **Si autem**
 non consequitur, sed recipitur ad hoc vt seruiat: non est simo-
 nia. **Modo** dictæ sorores deuotæ, suis congregationibus per talē
 receptionē incorporatæ, recipiuntur ad spiritualem vitam quæ
 ibi viget & floret. **Insuper** ibi recipiunt in foro pēnitentiæ suas
 absolutiones sacramentales, & omnia sua sacramenta ecclesiasti-
 ca: quare vt apparet, periculo simoniæ se exponūt, aliquod tem-
 porale pro receptione suarum sororum petendo, exigendo, aut
 recipiē

Vvil. An-
tistodorē-
hs.

recipiendo. ¶ Hactenus in quatuor precedentibus capitulis, ex tractatu reuerendi patris prioris superioris Theodrici grauiæ.

¶ De absolute simoniacorum. Cap. vndecimum.

Restat iam videndum, quis simoniacos de suo reatu poenitentes, absoluere debeat, aut dispensare possit. Quæ quidē quæstio, nonnullos satis scrupulosos reddit & anxios: eo quod iuxta extrauagantem Urbani, ne in vinea, & Eugenij, cum detestabile, aliasq; constitutiones apostolicas, nemo tales absoluere potest (præterquam in mortis articulo) absq; sedis apostolicæ licentia speciali. Sciendum quod Innocentius octauus, concessit capitulo generali VVindesemensi, absoluendi priuilegium sub hac forma. **V**t autem rector id est prior superior, & visitatores & singuli priores dictæ congregationis, & qui loco ipsorum in absentia eorum constituuntur, præsentis & futuri, qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt, amplioribus prærogatiuis & indultis gaudeant, eis concedimus, vt cum canonicis, nouitijs, conuersis & commissis eiusdem congregationis, dispensatione indigentibus, siue priusquam intrauerint cōgregationem & ordinem huiusmodi siue post, in casibus quibus exceßerint & pro quibus excommunicationis & interdicti, aut suspensionis sententias, a iure vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & huiusmodi sententijs innodati, aut in locis generali aut speciali ecclesiastico suppositis interdicto, diuina officia celebrâtes vel suscipiêtes ordinē sic ligati noram irregularitatis similiter incurrissent, & in omnibus alijs casibus, etiam ex causa cuiuscunq; simonie, qualitercunq; generaliter vel specialiter sedi apostolicæ reseruatis, exceptis dumtaxat hereticorum relapsorum, scismaticorum, deferentium prohibita ad infideles, & literas apostolicas falsificantium (quos omnino ad sedem eandem remitti volumus) absolute & dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiam valeant impartiri. ¶ Veruntamen capitulum generale timens ne ex lato huiusmodi priuilegio, canonici nostri ac moniales, in posterū procliuiiores ad illicita committenda redderen-

redderentur, aut venie facilitas eis peccandi tribueret incentiuū
 rursum ab eodem innocencio aliud impetrauit priuilegium, hu
 iusmodi sub tenore. **C**um autem sicut nobis nuper fecistis ex
 poni, nonnulla in priuilegijs, gratijs & indultis vobis concessis
 contineantur quæ forsan tempore procedente, occasionem lax
 andi habenas obseruantia regularis præstare possent: nos vobis
 & qui pro tempore fuerint præsidētes capituli, huiusmodi pun
 cta & articulos prout statui vestro secundum temporum & lo
 corum & personarum qualitatem conferre & congruere vide
 ritis, ad tempus & tempora, sequestrandis, arctandi, & modifican
 di, quoad forum conscientia & obseruantia regularis synceri
 tatem & puritatem, plenam & liberam autoritate apostolica cō
 cedimus facultatem. **H**ac igitur autoritate capitulum generale
 suffultum, statuit quasdam clausulas seu articulos, cum suis addi
 tionibus, limitationibus, modificationibus, a singulis obedienti
 arijs capituli, inuolabiliter obseruandos, decernens irritum &
 inane quicquid per quoscunq; aliter fuerit attentatū. Inter quos
 quidem articulos, primus hic est. **I**n primis beneficium dispen
 sationis & absolutionis in causa simonia, realiter & sciēter com
 missæ, & irregularitatis exinde contracte, reseruat capitulo ge
 nerali, & priori superiori duntaxat infra annum, & quibus præ
 dicti vel alter eorum hoc specialiter & nominatim, ex certa sci
 entia duxerint committendum. **E**x hac itaq; restrictione, palam
 est, priores, rectores, aut visitatores neminem absolueri posse à
 labe simonia realiter & scienter commissæ, nisi desuper autorita
 tē a capitulo generali aut priore superiore obtinuerint. ¶ **C**on
 cessit hoc etiam **S**ixtus quartus, in bulla sua prima & secūda his
 verbis. **P**rioribus quoq; & rectoribus præfatis, vt monasteriorū
 & locorum dicto capitulo subiectorum vtriusq; sexus personis
 & famulantibus eisdē, cuiuscunq; status, gradus vel conditionis
 fuerint, quæ in ingressu religionis, aut in administratione sacra
 mentorum, seu in susceptione curæ animarum aut prelationis,
 seu in alijs casibus vitium simonia commisissent, ex ignorantia
 iuris

iuris vel facti, id humiliter petentibus, de absolutionis beneficio, a simonie labe, ac sententijs, censuris & penis quos propterea incurrissent, iniuncta eis pro modo culpe penitentia saluari, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, prouidere & cum eisdem vt in ipsis monasterijs, suis gradibus & ordinibus ac dignitatibus inibi retentis, residere, ministrare & præsidere, libere ac licite valeant, dispensare possent eadem autoritate concedimus.

¶ An bona simoniace acquisita retineri possint autoritate capituli vel prioris superioris. **Cap. vndecimum.**

De bonis autem simoniace acquisitis, an capitulum generale dispensare possit, vt maneant in conuentu non immerito plurimū dubitatur, præsertim in simonia realiter & scienter commissa. Nam neq; in bulla Innocētijs, vbi omnia fete nostra priuilegia innouātur, augmentātur & cōfirmantur, neq; in alia aliqua, tale quid expresse dicitur. Nisi forte dicamus, hoc elici posse ex verbis Innocētijs suprapositis, vbi dicitur, q; etiam in casu cuiuscunq; simoniæ, nō solum absolutionis, sed etiā dispensationis beneficiū, iuxta casuū exigentiā valeat impartiri. Est enim aliud absolutio aliud dispēsatio. In eadē quoq; bulla, dicit Innocētius sic. **Vt** autē mētes dictōrū canonicorū a dubijs quę super præsentib; aut alijs gratijs huiusmodi p nos aut prædecessores nostros, imperatores, reges, principes, & alios prædictos concessis aut in posterum cōcedendis, apud præfatos canonicos quomodolibet oriri possent, releuētur: volumus vt vbi in aliquo redderētur ancipites seu dubij, secūdum bonam æquitatē in fauorē salutis animarū, largissime intelligantur & interpretentur, non autē secūdum iuris rigorem, seu doctorū subtilitates & opiniones. **¶** Itē Sixtus quartus, capitulo concessit, q; de bonis per vitium simoniæ, ex ignorantia iuris vel facti acquisitis, dispensare potest, ita dicens. Ipsi quoq; priori præfidenti (hoc est, priori superiori) & capitulo generali, q; bona quæcunq; per vitium simoniæ ex ignorantia iuris vel facti recepta, communi vsui monasteriorum applicare possit, dicta autoritate indulgemus, non obstantibus

Gerson.

tibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunq; . Cum Innocentius, post Sixtum præfatum, priuilegia nostra plurimum ampliauerit & auxerit, nec vllam mentionem faciat de ignorantia iuris aut facti, sed simpliciter dicat, in causa cuiuscunq; simonię, absolutionis & dispensationis beneficium impartiri possint: videtur quod capitulum generale, dispensare & ordinare possit de bonis per simoniam etiam scienter & realiter acquisitis. Si cui vero huiusmodi dispensatio visa fuerit nimis larga: attendat quod **G**erson in suo tractatu de simonia, consideratione sexta loquitur dicens. Videtur fortassis hæc prouisio nimis lata vel laxa, iuxta seueritatem ecclesiasticę disciplinę. Sed habeatur respectus ad immensitatem misericordię dei, & humanã fragilitatẽ, quæ mallet sepæ saluti proprie quàm beneficio vel statui renüciare: & tolerabilis apparebit ista prouisio. Aut si de necessitate puniendi sunt aliqui nimis notorie scandalosi: nihilominus de salute communitatis atq; plurimorum cogitetur. Idem in eodẽ, propositione decima. Extirpatio simonię non ita debet procurari, q̄ ducantur homines in maiora pericula & scandala, per nimiam simonię distictionem. Hęc autem omnia de dispensatione bonorum simoniacę acquirentium sub correctione melius sentientium sint dicta. Nam tutius estimamus vt bona illa turpiter acquisita pauperibus erogentur. Turpe est enim, de peccato emolumentum reportare. Nec debet quis ex eo facto gaudere, vnde debet puniri. ¶ Consultũ igitur videtur ne capitulum generale nimis liberale sit in huiusmodi absolutione vel dispensatione, ne facilitas venie, incentiuũ præbeat delinquendi. Prouidendum quoq; vt talibus prioribus autoritas detur dispensandi, qui zelum dei habent, secundum scientiam ædificantem, non autem inflantem.

¶ De ignorantia iuris & facti. Cap. xiiij.

Dest. c. dilectus.

Pro intellectu supradictorum, notandum q̄ triplex potest reperiri ignorantia in actu peccati. Prima est, cum nescitur id q̄ facit, esse prohibitum, & p̄ consequens malum. Puta cum fornica-

fornicatur quis, nesciēs fornicationē esse peccatū, aut cū quis simoniam committit nesciens eam esse prohibitā. Et hæc est ignorantia iuris. ¶ **S**ecunda est, cum scit quis aliquem actum esse prohibitum, & per consequens malum: sed nescit hoc quod agit esse illum actum. Vt cum quis scit simoniam esse prohibitam & peccatum, incurrit tamen eam, nesciens actum illum quem agit esse simoniacum. Aut cum quis sciens adulterium esse peccatum accedit ad vxorem alienam, quam putat esse suam, vt Iacob. ad lyā: vel occidit hominem, quem putat feram. Et hæc dicitur ignorantia facti. ¶ **T**ertia ignorantia est, cum quis scit quidem id quod agit esse peccatum in vniuersali, puta nullam fornicationem esse faciendam, & etiam scit esse fornicationem sed non cognoscit in particulari, illum actum qui est fornicatio non esse faciendum, obnubilatus passione vel habitu vitioso vt actualiter non consideret & intelligat, id quod agit esse malum. **Q**uemadmodum moniales quæ frequenter in suis statutis legunt vel audiūt simoniam esse prohibitam: sed suis passionibus excecate faciunt quod in vniuersali malum esse sciunt, sed in particulari suo actu non credunt. Huiusmodi ignorantia, etiam error est, pro vero quippe approbat falsum. Et tales ignorantes, periculosissime errant: quia qui ignorat morbum: non quærit medicum.

¶ **A**n præfata absoluendi potestas, extendi posset ad moniales aliasque sorores extra gremiū capituli **V**Vindesemensis. **Ca.** xiiii.

Quoniam plærung; ab episcopis seu lotorum diocesanis committuntur certis prioribus visitationes monialium, conuersarum, aliarumque religiosarum personarum, extra gremium capituli **V**Vindesemensis existentium: dubitatur an istiusmodi priores in suis commissionibus episcopalibus, eadem exercere possent absoluendi & dispensandi potestatem, quam habent intra gremium capituli. **D**icendum quod visitatores sic requisiti. ante omnia perquirere debent & diligenter inuestigare, an conuentus visitandi, aliqua habeant priuilegia apostolica, & secundum formam illorum procedere, nec latum (vt aiunt) digitum ab eis de-

De re. lll.
lib. 6.

clinare. Si vero nō habuerint: necesse est, vt in limitib⁹ episcopa-
libus persistant. Nec potest episcopus concedere patribus, vt vtā
tur priuilegijs capituli **W**indesemensis: quia nemo plus iuris
potest transferre in alium, quā sibi competere dinoscatur. **D**e
patribus autem visitantibus moniales, conuersas, aliasq; sorores,
sub visitatione cura & correctione prioris superioris existentes,
absq; aliqua hesitatione, certum est, q; vti poterunt cunctis capi-
tuli priuilegijs (dum modo auctoritatem vt supradictum est a
capitulo aut priore superiore obtinuerint, propter priuilegio-
rum restrictionem. **D**e monialibus quoq; & sororibus quę se cu-
rę, visitationi & correctioni aliorum patrum capituli **W**inde-
sensis submiserunt idem per omnia sentiendum videtur. Sic
enim habet diploma, ab **A**lexandro sexto monialibus in **M**arien-
busch alijsq; concessum. Sane pro parte dilectarum in **C**hristo
filiarum priorisse & monialium prioratus in **M**arienbusch pro-
pe & extta muros **Z**uuollenses ordinis sancti **A**ugustini, **T**raie-
ctensis diocesis, & aliarum priorissarum & monialium, nec non
sororum & pœnitentium **L**aycarum, habitus diuersorum colo-
rum in **S**tederborch in **H**eyninken, in **B**erich, in **H**ildeshem, in
Heldassen, aliarumq; cōsimilium prioratum & domorum, seu
regularium locorū in prouincijs **G**ermaniæ consistentium, sub
cura & regimine prioris pro tempore existentis prioratus ac di-
lectorum filiorum congregationis de **W**indesem, ordinis & di-
ocesis prædictorum viuentium, nobis exhibita nuper petitio cō-
tinebat. **E**t infra. Ita vt moniales & sorores in **E**ldassen & quæ-
dam alię cōsimiles, exēplo priorisse, monialium, sororum, &
pœnitētium in **M**arienbusch, sub simili obseruantia & cura, mo-
dum viuendi prædictum postmodū assumpserunt, seq; de consensu
ordinariorum locorum suorum simili curę & visitationi
ac correctioni submiserunt, ac eisdem modis sub cura & visita-
tione prioris ac aliorum patrū congregationis huiusmodi præ-
buerunt & præbent altissimo famulatum. **C**um autem sicut ea-
dem petitio subiungebat, priorissa, moniales, sorores, & pœnitent-
tes in

tes in Marienbusch, ac aliorum prioratum & domorum prædictarum curæ & visitationi, prioris & patrum congregationis huiusmodi non tamen apostolica autoritate commisse & subiecte, ne successu temporis, à cura & visitatione huiusmodi, in animarum periculum ac regularis obseruantie eneruatione se subtrahere habeant, sed sub perpetua clausura & regulari obseruantia, altissimo famulentur, summo opere cupiant, eisdem priori & congregationi, apostolica autoritate subiecti, ac eisdem priuilegijs quibus illi gaudeant & vtuntur, de cetero vti & gaudere possint. Et post pauca. Et ne pro locorum distantia, priorissæ, moniales & sorores præfate negligantur, quod non solum a priore & alijs prioribus de **V**Vindesem vicinioribus, sed & a prioribus domorum in **Z**ulta, in **V**Wittenberch, in **B**odike, in **M**olenbeeck, ac alijs patribus, per priorem ac alios patres congregationis de **V**Vindesem huiusmodi deputandos, in spiritualibus ac temporalibus visitari & gubernari valeant. Et infra. Nos igitur priorissas, moniales, conuersas, penitentes & sorores etiam laicas, cuiuscumque coloris habitum gestantes, prioratum domorum & locorum prædictorum, curæ visitationi & correctioni tam prioris de **V**Vindesem ac de **Z**ulta, de **V**Wittenborch, de **B**oedick, & **M**olenbeeck, quam aliorum patrum capituli & huiusmodi pro tempore existentium, apostolica autoritate tenore præsentium, in spiritualibus & temporalibus, perpetuo subiectimus statuentes & dicta apostolica autoritate ordinantes, vt deinceps perpetuis futuris temporibus, priores præfati, seu alij per eosdem priorem & patres capituli congregationis huiusmodi pro tempore deputati, possint easdem priorissas, moniales, conuersas, penitentes & sorores laicas, nunc & pro tempore existentes, earumque prioratus, domos & loca, dicta apostolica autoritate, visitare, corrigere & gubernare, ac in spiritualibus & temporalibus, quoties fuerit oportununum reformare: necnon quæ pro regularis discipline obseruantia huiusmodi oportuna videbuntur, statuere & ordinare. Ac deinde, paucis interpositis. Præterea in **M**arienbusch, cæ-

rerisq; prioratibus & domibus predictis, curę prioris & patrum prefatorum commissis & committendis, illarumq; priorissis seu rectoribus & monialibus & conuersis, penitentibus & oblatiis, earumq; familiaribus commensalibus & seruatoribus, presentibus & futuris, q; omnibus & singulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, concessionibus, gratiis, priuilegiis, prerogatiuis, conseruatoriis, & apostolicis literis, fauoribus & indultis, prioratui de **V**indesem & congregationi prefatis, & illorum quibuslibet, prioratibus, domibus & locis predictis, sub quacunq; forma & expressione verborum, in genere concessis hactenus & in posterum concedendis, quamdiu tamę sub obseruantia regulari vixerint: vt, potiri, & gaudere libere & licite possint & valeant, in omnibus & per omnia, perinde ac si illis specialiter concessa fuissent, eadem autoritate & tenore indulgemus. **Non obstantibus &c. Anno. 1499.**

¶ Nonnullę quęstiones non solute. Cap. xv.

Adhuc moueri possit quęstio vtrum simonia committitur si totus aliquis conuentus, resignet in manus aliorum religiosorum, templum, cimiterium, dormitorium, cęteraq; domicilia, cuncta quoq; bona mobilia & immobilia, ornamenta, vasa sacra & reliqua vniuersa, cum omnibus suis iuribus, tam spiritalibus quę temporalibus: hac adiecta conditione, vt singuli sic cedentes iuri suo certam & annuam, quamdiu vixerint suscipiant pensionem.

¶ Vtrum tales, monasterium & omnia quę illius sunt sua solius autoritate alienare poterunt a suo generali capitulo cui subsunt absq; cuius cōsensu nec vnus iugeris habēt vendendi potestate.

¶ An modo supradicto, monasterium suscipientes & pensionē dantes, simoniam committant.

¶ An fratres boni & deuoti, qui huiusmodi tractatibus & conuentionibus non interfuerunt, sed simpliciter sequuntur suum priorē ac seniores: simoniace prauitati cum cęteris inuoluantur.

¶ Quid si rex aut princeps, siue communitas aliqua, religiosos a conuen-

conuentu proprio expellat, aliosq; eiusdem vel alterius ordinis introducat: an sic introducti, salua conscientia, possidere poterunt cuncta illius conuentus bona, ac succedere in omnibus iuribus tam spiritualibus quàm temporalibus.

¶ **V**trum cum religiosus aliquis transit de vno monasterio ad aliud, eiusdem vel alterius ordinis: patres siue conuentus inter se de aliquid dando vel recipiendo pacisci poterunt.

¶ **I**stiusmodi & alia plures quæstiones de simonia moueri possent. Quarum quidem determinaciones ac solutiones, prudentioribus relinquuntur, nobis tetigisse solum alijsq; occasionem dedisse sufficiat.

¶ **D**e proprietate concio habita in capitulo generali.

Anno .1544.

A Nimaduerti superioribus aliquot annis venerabiles ac præstantissimi patres, fratresq; dilectissimi, eos qui in hoc sacro confesso concionandi functi sunt officio, a persona propria exordium sumpsisse: insufficientes impositoq; oneri impares, sese contestantes. Si viri illi, eruditione conspicui, ac capituli nostri columina eiusmodi sunt vsi principio: id mihi ingenio tenui, & perquam exigua (ne dicam nulla) doctrina prædico, multo magis necessarium foret. Verum hoc omisso (nam imperitiã meã ipse orationis decursus satis pre se feret) iniunctã obediẽtiã cui omnino reluctari non licuit, implere conabor exhortatione breui, vt si cui forte non placuerit argumenti dignitas, placeat saltem dicendorum breuitas. ¶ **H**esitanti itaq; mihi, menteq; voluenti quid nam in hac celebri reuerendorum patrum synodo digne proloqui possem: oportune obuiam venit patriarcha Iacob, scissis vestibibus, voceq; lachrimabili, filium suum præ cæteris dilectum, lugens ac dicens. **F**era pessima comedit eum, bestia deuora

deuorauit Ioseph. Gene. 3. ¶ Sed priusquam longius progrediamur: diuinum imploremus auxilium, sine quo nihil validū nihil sanctū, virginemq; gloriosam salutemus, cuius hodie mellisuum nomen, grauius blasphematur apud falsos perfidosq; christianos, quàm olim inter iudeos & gentes. Ipsa dicit in suo cantico. **E**cce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. **Q**uod an hoc corruptissimo sæculo impleatur nescio: nisi forte dicamus generationem hanc prauam & adulteram, quæ deiparam virginem non beatificat, inter diuinas generationes non computandam: sed inter eas locum sortituram, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. **N**os vero ex imo pectoris eam salutantes dicamus. **A**ue gratia. ¶ **F**era pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Ioseph cui pater in signum amplioris dilectionis, tunicam fecit polymitam, eo q; in senectute genuisset eum: nō incongrue typum tenet religionis, ordinisq; monastici, propter tria religionis substantialia, quæ in illo excellentissime floruerunt. **F**uit enim castitate purus: concubitum speciose ac nobilis feminae, vltro & gratis oblatū, respuens. **P**auertate nudus: quia seruus, cuius omnia domini sui sunt. **O**bedientia præclarus: primo parentibus, deinde **P**utiphari eunucho, tandē vsq; ad finē vitæ **P**hařoni regi Aegipti, in omni obedientia subiectus. ¶ **H**ic à patre, plus cunctis fratribus amatur: quia & si diuersi sint ordines hominum, deo famulātium, monastica tamen religio, rite seruata, ceteris antefertur: eo q; religiosus obliget se perpetuo ad ea quæ sūt perfectionis. **A**lij namq; præceptis duntaxat euangelicis: hic etiam consilijs se subijcit. ¶ **H**unc dilectum filium pater in senectute genuit: quia post patriarchas & prophetas, post apostolos, post multos occisos martyres, senescente iam mundo, ordo monasticus institutus est. **L**icet enim sub beato **M**arco, monachus dicatur sumpsisse exordiū: maxime tamen floruit & incrementum cepit, temporibus **A**ntonij, **M**acharij, **P**asnutij, **P**achomij & similibus, qui patres multorum milium extiterunt monachorum. **H**os sequebatur legifer noster

Augustinus, maximū canonicorum secum ducens exercitum. Deinde **Benedictus**, **Bernardus**, **Franciscus**, **Dominicus**, alijq; sanctorū ordinū institutores, singuli cum turmis suis innumerabilibus. **Nouissime** floruit & religiosa domus hæc **Vvinde-** mēsis, cum reliquis eidem capitulari colligatione vnitis & subiectis: in omni sanctitate & disciplina. **Similiter** & deuotissime congregationes eorum qui fratres & sorores nuncupātur, ac de tertia regula **Francisci**. **Quis** facile dinumerare poterit monasteria noua, cum virorum tum feminarum, a prædicatione honorabilium dominorum magistri **Gherardi** groet ac domini **Florentij** erecta, & annis multis in optima religione conseruata? **Adeo** vt nō immerito, pro illis tēporibus dici poterat: **Filius** accrescēs **Ioseph**. ¶ **Nunc** vero quid? **Videmus** in diuersis mundi climatibus, diuersorū ordinum, monasteria diuersa: licet etiam pauca, permissione diuina, funditus iam diruta sint. **Quid** igitur, si multa adhuc supersint? **Certe** verificari iam videtur in nobis illud propheticum: multiplicasti gentem, non magnificasti letitiam. **Nam** innumera reperiuntur monasteria, terrenis non parum diuitijs abundantia: sed vitijs multo amplius. **In** pluribus vero: & muros & mores corruisse cernimus. **Pauca** nihilominus relicta sunt in statu tolerabili, in rerum necessariorum vbertate, in personarum numero sufficienti, & disciplina cōpetenti: quæ tamē & ipsa, a primaria vere religionis institutione, ex parte non modica, declinasse cernuntur. **Bonus** hodie dicitur: qui omnino pessimus non est. ¶ **Vnde** hæc tam subita mutatio? **Subita** dico: quia a paucis annis introducta. **Imo** in dies singulos, religio sancta magis magisq; antiquatur, & ad interitum tendit. **Domine**, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? **Vnde** ergo habet zizania? **Certe** inimicus homo fecit hoc. **Et** fera pessima comedit **Ioseph**: bestia deuorauit eum. **Quæ** est hæc fera tam impudētis audacie: vt impetere nō vereatur patriarche filium? tam detestande crudelitatis, vt deuorare audeat accrescētē **Ioseph**? **Fera** hæc pessima, & bestia crudelis: ipsa est proprietate, quæ

○ omnem

omnem fere religionem deuastat ac deuorat. Hęc obseruationis
 pristinae decorem, in nihilum redigit. Hęc infinitorū origo ma-
 lorum est. Intueamur ergo diligentius hanc bestiam: vt decli-
 nemus eam, ne & nos cum cæteris deuoret. Videamus quid sit
 proprietates, quę species eius. ¶ Proprietates secundum doctores
 est possessio alicuius rei nomine vnus solius, cum exclusione
 cuiuslibet alterius. Ex hac definitione manifeste patet: quod ne reli-
 giosi aliquid habentes dicantur proprietarij, requiritur vt res ab
 eis possessa, non nomine suo habeatur, sed nomine communita-
 tis: quemadmodum habent procuratores, & administratores
 rerū monasterij. Qui vero nomine suo, & pro se solo possidet:
 absq; vlla dubitatione, proprietarius censendus est. ¶ Prohibet
 autem proprietatem cunctis professis ecclesia sancta dei: cuius
 tanta est autoritas, vt pater noster Augustinus dicere non ve-
 reatur Euangelio non crederem: nisi ecclesię me cõmoueret au-
 roritas. Et dominus Math. 18. Si ecclesiam non audierit: sit tibi
 sicut ethnicus & publicanus. Hęc (inquã) ecclesia, in spiritus sancto
 legitime congregata, in concilio lateranensi, prout legimus de
 sta. mo. & cano. regu. capitulo monachi, sic ait. Monachi nec pe-
 culium habere permittantur. Qui vero peculium habuerit, nisi
 ab abbate fuerit ei pro adiuncta administratione permissum: à
 cõmunionem remoueatur altaris. Et qui in extremis cum peculio
 inuentus fuerit, & digne non penituerit: nec oblatio pro eo fiat,
 nec inter fratres accipiat sepulturam. ¶ Quamuis secundum
 proprietatem vocum, aliud sit peculium, aliud proprium: in præ-
 senti tamen materia proprium semper pro peculio sumitur. Nã
 veram rei proprietatē, hoc est, ipsum legale dominium, religio-
 sus omnino habere non potest: quia cõtra naturam monacha-
 tus est, & implicat contradictionē. Impossibile est enim: vt quis
 simul sit monachus, & alicuius rei legale dominium habeat. Sed
 quicquid habet: peculium est, ad conuentumq; pertinet & per præ-
 latum semper auferri potest. ¶ Idem est & de peculio serui sub
 domino: & filij nondum emancipati sub suo patre. ¶ Ne quis
 autem

autem hic effugium querat, dicatq; hæc quæ dicta sunt, de monachis dicta sunt, non de nobis qui regulares canonici sumus: subiungit ibidem ecclesia in decretali. Hæc etiam de vniuersis religiosis præcipimus obseruari. **De vniuersis** (inquit) religiosis, non de monachis tantum. **Deinde** sequitur. **Abbas** autem, qui ista diligenter non curauerit: officij sui iacturam se nouerit incursum. **Ecce** reuerendi patres casum absolutionis. **Eodem** quoq; titulo, capitulo cum ad monasterium, dicitur sic. **Prohibemus** districtè, in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij: ne quis monachorū proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat, totum in continenti resignet. **Si** vero post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere: regulari monitiōe præmissa, de monasterio expellatur, nec recipiatur vltorius, nisi peniteat secundum monasticam disciplinā. **Quod** si proprietates apud quemquā inuēta fuerit in morte: ipsa cum eo, in signum perditionis, extra monasterium, in sterquilinum subterretur, secundum **beatus Gregorius** narrat in dialogo se fecisse. **Vnde** si quicquā alicui fuerit specialiter destinatum: non presumat illud accipere, sed abbati vel priori assignetur. **Hæc** ibi. **¶** **Verum** reperiuntur nonnulli, qui se à proprietatis vicio alienos estimant: si non per se, sed solum per interpositam personam aliquid possideant. **Hoc** est. **Si** alteri suas pecunias ignorante tamen prælato, tradant custodiendas, resumpturi eas, quando cunq; ipsis visum fuerit. **Nonne** hi tota errant via: & omni talpa ceciores sunt? **Quid** interest fratres, in vestra aliena recondatur crumena: dummodo vestre tantum modo subiaceat potestati, & nullius alterius? **¶** **Sunt** igitur alij, in quibus modicū adhuc luminis est, cum quibus si super proprietate quis exoptulet, in promptu habent quid respondeant. **Absit** (inquunt) vt proprietarij simus. **Absit** vt contra votū faciamus. **Habemus** quidē aliqua: sed quicquid habemus, sciente & concedente priore habemus: nequaquam hoc facturi, si ille denegaret. **Putant** enim tales, innocenter & absq; peccato, se res

O 2 temporales

De proprietate.

temporales possidere & uti indifferēter posse: dummodo prælati accesserit autoritas. Videamus itaq; an stare istud poterit, & paulo diligentius inuestigemus. Nā in hac re, tota religiosorum modernorum, proprietatis consistit praxis, totumq; periculum, cum capitis tum membrorum. Discutiamus, an prælatus licite facultatem dare possit, personę monastice, sibi subdite, ut res temporales, præsertim pecunias habeat. Et an subditi, hac dispensatione absq; peccato uti possint. Dicendum certe qd prælatus hoc concedere omnino nō valeat iuxta illud quod in fine prænominati capituli cum ad monasteriū, traditur. ¶ Nec catholicorū quisquā stomachari debet, si canonica iura citamus, nec ea paruipendere: quia secundum ipsa victuros nos solemni iuramento constrinximus. Singulos quippe nostrum in promotione ad ordinem sacerdotalem, ante summum altare, interrogauit pontifex dicens. Vis presbyterij gradum suscipere? Respondimus. Volo. Et pontifex. Vis in eodem gradu permanens, sacris canonibus, pro posse & nosse humiliter obedire? Iterum respondimus. Volo. Deinde flexis genibus, & posita manu super codicem euangelicum, sacerdotalibus induiti vestibus iurauimus singuli dicentes. Et hæc deo & omnibus sanctis eius, fideliter & absq; dolo, prout scio perpetuis temporibus, adimplere & obseruare promitto. Sic me deus iuuet, & omnes sancti. Hoc modo iurauimus omnes quotquot sacerdotes sumus. In cuius quoq; iurisiurandi cōfirmatione, venerabile sacramētū suscepimus. ¶ Proinde quid in præfato capitulo cum ad monasteriū, dicatur, diligentius attendamus. Nec estimet (inquit) abbas, qd super habenda proprietate possit cum aliquo dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, sic est annexa regule, ut contra eam, nec summus pontifex possit licētiam indulgere. Quid adhuc queritur excusatio in peccatis? Aperte loquitur decretalis, qd summus pontifex non potest dispensare. Si summus pontifex non potest: prior qua ratione, quo colore poterit? Sicut ergo prior non potest dispēsare cum subdito, ut deo
semel

femel promiffam violet caftitatem, aut vxorem ducat : ita nec vt proprium habeat. Proinde fubditi, huiufmodi difpenfationi, tanquàm confraco baculo arundineo innitentes : cum difpenfatione peccant, & cum difpenfatione ad inferni tormenta properant. ¶ Attendant hæc diligentius prælati illi, qui fuis fratribus, etiam emiffis, & in alijs monafterijs refidentibus : pecunias vel largiuntur vel habere permittunt, quibus fibi neceffaria conparent. Nulla enim hic vrget difpenfandi neceffitas, cum pecunie tales relinqui poffent priori domus ad quam fratres emiffi fuerint : aut certe commiffio illi dari, vt eis neceffaria prouideat, folutionem fuo tempore percepturus. Excedūt itaq; prælati tales poteftatis fue limites, concedentes quæ concedere minime poffunt. His confonat & archiepifcopus florentinus dicens. Si prælatus difpenfat cum religiofo in proprio, non videtur excufari poffe à peccato graui & mortali : cum ouem fibi cõmiffam, morti exponat, & vfurpat fibi poteftatē quam non habet. ¶ Nam vero de rectoribus rectorumq; focijs, quid dicemus? Excufari ne poterunt ipfi a proprietatis vicio, fi quid poffident? Vtinam hi focij ab hac fera peffima non deuorentur maxime, & omnium primi. De rectoribus notum eft, qd dantur illis, cum introducuntur, clauēs & loculi, ac fic poteftas adminiftrandi temporalia, quãdiu in tali officio fuerint. Sub prioris tamen obedientia manent : & rationē illi reddere debent, de cunctis quæ habent, quotiefcunq; requifiti fuerint. Quod fi recufauerint, & animo obftinato facere noluerint : coram deo proprietarij funt. Socijs vero nihil tale (cum ad moniales mittuntur) datur fed fimpliciter fub rectoris obedientia conftituuntur. Nullum itaq; difcrimen eft inter eos, ac reliquos fratres, domi permanētes. Sed fi quid ipfis donatum fuerit : rectori refignare debent : nec quicquàm fibi iuris in hoc vfurpare. Sic enim legitimus in cõftitutionibus noftris. Interdicitur diftrictē focijs rectorū in & extra gremiū capituli noftri refidentibus, habere fub quocunq; colore, vsum vel proprietatem pecuniarum, per fe vel interpoftas perfonas:

sed sua donaria aut alia vndecunq; recepta, rectoribus resigna-
bunt, qui huiusmodi expendere vel expendi facere poterunt,
pro suo arbitrio, ad vsum illorum vel aliorum, sicut visum fuerit
expedire, in regulata secundum deum consciencia. **Contrarium**
facientes: sine dilatione, reuocabuntur ad proprium conuen-
tum, nec ad domum aliquam monialium remittentur, nisi de
licentia capituli generalis vel prioris superioris. Optima sane
constitutio. Sed quotusquisq; sociorum est, qui hanc obseruet?
Nonne passim videmus eos ementes & vendentes, ac in symposiis
e suis crumenulis pecunias proferentes? Propter hæc horumq;
similia, nescio quis priorum fertur dixisse: tot fratres perdididi,
quot ad moniales misi. Horrendum auditu: tot fratres per-
didi, quot ad moniales misi. Necessè est vt commissarij, mo-
nialibus rectores constituent. Necessè est, vt rectores socios
habeant. Si omnes illi, in perditionem traduntur: ve etiam no-
bis, qui eos ad moniales mittimus. ¶ Nec mirum de rectori-
bus, eorumq; socijs: cum & ipsi priores & procuratores, pro-
prietarij esse possint. Quoniam id modo? Si rebus monasterij,
non nomine cõmunitatis, sed nomine suo vtantur. Sic Iudas
Christi & apostolorum procurator, nõ solum proprietarius fuit:
verum etiam ab euangelista fur nuncupatur. Scio venerandi pa-
tres, minus suauia quæ loquor, & odiosum argumentum quod
tracto: sed boni oro consulite, quoniam reuerendo patre no-
stro stimulante, materiam hanc tractandam suscepi, cui non obe-
dire nephas est. Verum ad proprietarios nostros reuertamur.
¶ Contra prædicta omnia, adhuc instant proprietatis cultores
dicentes. Quod habemus, proprium dici non debet: quia ad nu-
tum semper manet prælati, qui reuocare, & in cõmunem vsum,
quandocunq; voluerit, illud conuertere potest. Nec est dicenda
proprietatis: vbi ad resignandum prompta fuerit voluntas. Vti-
nam ij verum dicerent: & ex cordis sententia loquerentur. Sed
mentitur iniquitas sibi. Sola ablatio monstraret: quo affectu
possident. Quod si etiam iubente prælato resignent: non est re-
signatio

signatio vera, vbi actioni volūtas non cōcordat. **Estimo admo-**
dum paucos reperiri : qui res suas tranquillo finerent animo in
cōmunem vsum refundi. **Sollicitant aliqui suos amicos, vt ali-**
quid ab eis accipiāt. Si scirēt se re illa, pro suo beneplacito vt nō
posse, sed in cōmune redigendā : nequaquā procurarent eā. Sibi
itaq; solis procurant : non cōmunitati. **Et prout supra dictū est**
proprietas est possessio alicuius rei, nomine vnus solius perso-
ne. **Iudicate ergo an tales a proprietatis vicio alieni sint.** ¶ Alij
inueteratam obijciunt consuetudinem : dicentes tanto tēpore,
a personis tam prudentibus & eruditis, & in tot monasterijs ob
seruatam. **Quibus respondet regula iuris libro vi. dicens q̄ pos-**
seffor male fidei nullo tēpore p̄scribit. **Et de simonia capitulo.**
Cum in ecclesie dicitur, Purant autem plures, ex hoc aliquid li-
tere, quia legē mortis, de longa consuetudine inualuisse arbitrā-
tur : non attendentes, q̄ tanto grauiora sunt crimina, quanto
diutius infelicē animam tenuerunt alligatam. **Et b. Bernardus.**
Nolite (inquit) peccata contēnere, in quibus forte iam consuetu-
dinem fecistis. Omne enim peccatū consuetudine vilescit, & fit
quasi nullum. Illico vt obduruit : iam dolorem perdidit, & pu-
tre est, nec amplius dolet. Quod autē non dolet : non pro sano
habendū est : sed magis pro mortuo cōputandum. Cum vlcus
pungitur & dolet : aut sanum est, aut spem habet sanitatis. Cū
aut pungitur, & non dolet : pro mortuo habendū est, & de cor-
pore p̄cidendū. Attendant hęc proprietarij nostri : & videant
an excusare eos poterit hęc consuetudo, quæ penitus irrationa-
bilis est, cōtra canonum instituta, contra regulā, contra sanctorū
p̄hūm uiuendi consuetudinē, deniq; contra euāgelicam per-
fectionem. ¶ Proinde aliq; vt preostensos omnes semel euadant
scopulos : si quid accipiunt statim priori tradunt. **Hi & si litori**
plus ceteris appropinquēt : tamē necdū in tuto portu consistūt,
sed in periculoso adhuc mari nauigāt. Dominus enim qui scru-
tatur renes & corda, nouit sic eos tradidisse priori : vt tamen cū
placuerit reposcāt. Ego (inquit quisq; taliū) iā nihil habeo : nihil

possideo? Pecunias meas omnes, prior custodit. Quid ais frater? Si tuas pecunias custodit: ergo tue sunt. Ergo iam proprietarius es. Preterea, si prior custodit: custos duntaxat est pecuniarum tuarum nec potest quicquam ex his in communem usum expedere. Sed tu solus qui custodiendas tradidisti, reposcis eas cum visum tibi fuerit & impedis frequenter in rem friuolam & minime necessariam, ut in vinum, aut ceruissiam, aut simile quid. Scimus quosdam, qui in conuiujs existentes, tam facile vinum adferri faciunt ac si priores essent aut procuratores. Et post diem unum aut alterum a depositario, pecunias suas pro vino illo soluendo repetunt. Hos in districto dei iudicio, a proprietate quis poterit excusare? Aut quomodo res haec dicenda est communis: quae non nisi ad usum illorum solummodo custoditur & expeditur? **¶** Dicit regula nostra. Sint vobis omnia communia. Non consilium hoc est: sed preceptum, cuius preuaricatio mortale peccatum est, in eternum demergens interitum. Petrus dicebat. Ecce nos reliquimus omnia. Qui dicit omnia: nihil excipit. De apostolis quoque & alijs christi fidelibus ecclesie primitiue, narratur in actis apostolorum, quod erant illis omnia communia. Et ex illis communibus, diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. Soli ananias & saphira, inuenti sunt, suis visibus clam aliquid reseruasse. Verum quam horrendo interierint iudicio: nemo hic sedentium ignorat. Numquid aliquis ceterorum, sibi quicquam procurauit, eo modo quo hodie monachi plures procurant? Numquid sic docuerunt patres in eremo? Numquid sic fecit pater noster Augustinus, qui de se ait: cum datur mihi vestis preciosa, vado eam, ut quia vestis non potest esse communis: precium sit commune. Regula nostra dicit. Si quis suis filiis aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus, aliquam contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum: sit hoc sub potestate prepositi, redigaturque in commune, & cui necessarium fuerit prebeatur. Nonne sic acturos soleni nos voto astringimus? Cur ergo quod vouimus: minime implemus? An prelati conuenticia, aut perditus & imprudens illius consensus saluare nos poterit? Certae plura sepe numero concedit prelati, quae deo non approbat. Et repiuntur nonnumquam prelati
(absit

(absit verbo inuidia) simplices, parum eruditi, minusq; prudentes: salua putantes omnia, si suam interposuerint autoritatem. Cum tamen prælatus quisq;, regulæ subiectus sit, non supra regulam, cui & ipse semel spontanea se professione submitit: vt pulchrè docet b. Bernardus in libro de præcepto & dispensatione. ¶ Quid itaq; prestantissimi patres dicemus? Damnabimus omnes quasi proprietarios, qui paucos numulos a suis amicis accipiunt, suoq; prælato tradunt; & rursus eodem annuente recipiunt in vsus necessarios, aut certè vtilis expendendos? Non dubitamus plerosq; reperiri, tam viros quàm feminas, deuotos, humiles, paratiores spoliari omnibus, imo mori magis, quàm proprietatis contagio maculari. De his ergo quid dicemus? Possumus ne illis dare consilium? Mallem ego eruditissimi patres, vestram super hac re audire doctrinã, quàm meã effutire sententiã: eo q; definire quicquàm in hoc negotio periculosum sit. Non dico inuentu difficile: sed periculosum. Posset quidem salubre dari consilium: verum an coram omnibus in propatulo, id proferri conueniat, vehementer hesito, timens ne quod dicturus sim, quibusdam ad proprietatẽ procliuis, lapis fiat offensionis, & petra scandali, ne si cui digitus (vt dici solet) porrigatur, totam sibi attrahat manum. Sicq; dum proprietatem radicitus euulsam cupio: succrescendi magis vim tribuã. Dico tamen paucis quod sentio. Cum alicui aliquot numuli ab amicis donantur: confestim cum ab eis discesserit, resignet illos in manus prioris. Resignet autem pleno affectu, & effectu. Non voce tantum: sed corde & voce simul. Nec quicquàm sibi iuris in eis reseruet, vindicet, aut quoquo modo meditetur. Hoc sincero corde factò, si postea aliquibus egerit, aut rem aliquam sibi aut conuentui vtilem desiderauerit: accedat priorem, & indigentiam suam indicet, nullam tamen de resignatis pecunijs mentionem faciat, nec respectum aliquem ad eas habeat, sed humiliter tantùmmodo roget. Si prior petitioni eius annuerit: gratias agat. Si renuerit: non murmuret, sed cū

omni cordis tranquillitate patientiã habeat. **C**auetq; summo opere, ne vnquam cum priore supputationem faciat dicendo: tres nuper solidos paternitati tuę tradideram, vnum recepi, adhuc duo supersunt. ¶ **V**erum quid opus est colendisimi patres: vt finatis filios vestros, ad ancipitem hunc articulum deuenire? **L**icet enim quod dictum est, sine proprietate aut peccato fieri posset: rarissime tamen id contigit, præsertim in feminis. **V**ix enim cohibere se possunt: ne oculos mentis ad pecunias traditas leuent, aut ne fidentius reposeant. Propter quod (vt apostoli verbis vtar) excellentiorem vobis viam demonstro. **Q**uæ nam illa? **V**t faciatis quod fecit Dominus & discipuli eius. **C**um enim vidisset Iesus turbas esurientes, nec habentes quod manducarent: noluit vt irent in villas & vicos & procurarent sibi, nec etiam voluit eos dimittere ieiunos in domos proprias, ne deficerent in via: sed ait discipulis suis. **V**os date illis quod edant. **I**ta venerandi patres, vos date subditis vestris necessaria: ne opus habeant ab amicis quicquam emendicare. **S**i vestes, si cultellos, si deuotos libellos, aut simile quid desiderauerint: vos (si tamen superflua nõ quæsierint) in charitate, emite illis. Sic occasionem proprietatis amputabitis, & ex domibus vestris eliminabitis. ¶ **S**ed reperiuntur prohdolor prelati, parum curantes quid subditi faciant, aut vnde sibi quæ desiderant acquirant: dum modo ipsi sua marsupia resolvere non cogantur, pecunias plus diligentes, quàm fratrum animas christi sanguine redemptas. **H**inc est, qd fratres sibi ipsi prouident. **H**inc proprietas incrementum capit. **Q**uæ vbi ingressa semel fuerit: multas secum trahit pedisequas: inobedientiam, intemperantiam, ebrietatem, & id genus pestes alias. ¶ **P**ropterea hanc execrabilem proprietatem, adeo paulatim inualescentem cernimus: vt pleriq; nec pro vicio ducant, nec vllam habeant conscientiam remordentem. **E**t si quis eos admonere, aut ad verum religionis tramitem reducere conatur: seipsum derisui exponit & periculo. ¶ **Q**uemadmodum
olim

olim apostolo Paulo apud Ephesios vsu venisse legimus. Ephesij namq; timentes, ne prædicatione Pauli destrui inciperet magne Diane maiestas, quam tota colebat Asia & orbis: ipsum persequabantur, nec ipsum tantum: verum etiam vno animo impetum fecerunt in socios illius, trahentes illos in iudicium. Sic hodie proprietatis cultores, impie persequuntur eos qui hoc viciū cupiunt extinctum. ¶ **Credite patres credite: nunquam proficiet religio sancta, nec aliqua poterit introduci reformatio: quamdiu de anathemate hiericho fuerit in medio eius. Nostis quid responderit dominus Iosue, cum flieret stragem populi. Peccauit (inquit) populus, & præuaricatus est pactum meum tuleruntq; de anathemate, & furati sunt atq; mentiti. Horrendum est quod sequitur, & cunctis prælatis proprietatem subditorum dissimulantibus, cunctis quoq; subditis, in hoc prælatos suos non adiuuantibus: non seghiter attendendum. Non ero (ait) vltra vobiscum: donec conteratis eū, qui huius sceleris reus est. Terrere etiā merito debet, quod apostolus ad romanos primo ait. Digni sunt morte: non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et dist. Lxxxij. Non est grandis differentia: an lethum inferas vel admittas. Et innocentiū ibidem. Error cui non resistitur, approbatur. ¶ Verum his omnibus minime consideratis, vt flebilis docet experientia, manus prælatorum (quod dolens dico) in hac transgressione prima est & principalis: dum videlicet ipsi prælati tacent, dum conniuent, dum non redarguunt, dum difficultates & indignationes in corripiendo passim occurrentes metuunt, dum fiunt canes muti, non valentes latrare. ¶ Sic deuoratur Ioseph. Sic bestia crudelis comedit filium quondam accrescentem: religionem dico sanctā, nunc pene consumptā. Vsq; quo patres patiemur hoc scandalū? Vsq; quo nō dolebimus super cōtritione Ioseph? Opponamus nos fortiter pro filio dñi nři, præ ceteris dilecto. Eruamus eū de manu bestię, mētūq; illius cū Dauid apprehēdam⁹, & suffocem⁹ interficia-**

interficiamusq; atq; cum sampsonē in frustra discerpamus. Sic
Iacob quasi de graui somno euigilans, letabitur super filio, quē
 luxit quasi mortuum. **S**ic gaudebit ecclesia de religione reuiu-
 uiscente: dicetq;. **S**ufficit mihi, si **I**oseph filius meus uiuit. **V**a-
 dam & uidebo eum. **S**ic & nos gaudebimus, letiq; moriemur,
 si religionem sanctam superstitem reliquerimus. **Q**uod nobis
 prestare dignetur **I**esus **C**hristus per secula benedictus.

Amen.

Sup illo Articulo in Caplo De Priore
De via reuertentes sp Priori cofiteri debent.

Sunt omne peccata mortalia vocat quodammodo
capitalia. propter hoc crime est graue propter
accusationem et damnationem dignissimum

Primum peccatum capitalis est peccatum
in filium carnaliter. Secundum crime est
peccatum contra naturam Tertium est homicidium

Quartum est crime lese maiestatis

Quintum est Parricidium cum executione
violenta Sextum est incestus

Septimum est adulterium Octauum est perjuratio

Nonum falsum testimonium Decimum est Symonia
in ordine et Beneficio Undecimum est usura

Omnia ista sunt capitalia merito
accusationem et damnationem dignissima

Alia vero peccata non vocantur capitalia
quia non sunt capitalia licet sint
mortalia Quia sunt dispensabilia sine
distinctione casuum.

Hec ex Precepto Hieronimi super Precepto 5.
sermone septimo. Colump. priora.

Supplicatio ad Regem Anglorum
pro reformatione ecclesie

Humiliter supplicat et petit
se ad hoc adhiberi et fieri
ut in premissis etiam
etiam in premissis etiam

etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam

etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam

etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam

etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam

etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam
etiam in premissis etiam

Et sic petit et petit
se ad hoc adhiberi et fieri
ut in premissis etiam
etiam in premissis etiam

Trappitce van kuisheit
van een priorinne

Doo blaemts dattet gebuert dz te Porum
offlynic oft offlyset voocht, zoo sulke
de fusten van selue kuisheit drie dachse vane
te vane dattet reuich sonderlinge hooch
tijt tussche by de quamen, oft te vane dat
die Vistecdero, dyne te prout zal o bidden
nootzavelijke redene gader o de rechte
te vortommen. Ende te tijt too dz dylethe
vorty hand zal geblas, zalme nae die
nottene en vespely lesse kmeleude de psalm
Ad te laudam, te Neb dan die Vistecdero
op den dach vane rechte te ghebborende zij
zoo zalme singhe die misse van heylighen
gheest sub dupli festo. In dach nae tge
tijde gheue zijnde, zoo kintme de Ca
pittele, loke in alle de gheue die kuisheit
moety dach verghedert sijnde, zoo zal de
Commissarius beghinne de psalm Ad te laudam
in fchiet gheue, in hant meder
ghefeten sijnde, zal sy heyl dach re vane
singhe, venghende detnichheit van rechte

Ende daer naer zal hij ge' liffen de Vorm van
elck' ding al zoo haer naer volghen.
Zoo haest als d'offine van Proximitate ope is
by zalme niet laeten alle inderpicht te doen
om zoo haest als moghtlyc is een ander
in haer plaats te stellen, op dat al sulcke
dinge sonder toeficht niet en blijue, ende
de schryfften sonder haer. Want inghenualke
dat die stertu binnen de drie naeste maanden
niet ghedaen en vbaer, zoo zomb my hem
een Proximitate stellen, al en vbaer zij van
he voort niet ghetroch. Daer om is van
statuten vberghen denoelen, datme te langh
sien de clartue ouer de xl d'ayge mit e' soude
statuten. Ende al seft by alsoo dat die gh'lyc
thijre verghen tot laeten d'rijv rade manne
is van een vande te maken te vberly ten
uerten by god thijre inspiratione te vberde
by manne van vberghen, als alle die gh'lyc
in die luffen hebbe hem stemmen gh'lyc
vlyt vberghen in de manne die in
dit rouwen, the louende van vberde, ende
voren d'eren te houden die de seke zal
normen, nochtan is de derde manne die

besten in de zieleste te vreten alme den
ghewone die lieken hebben hanc vry best
zal lant en o gheheylt een temoemene in
te lieken die hanc nae hanc der rofuefien
best dinnelt mit synde en te quade vande
daer ont vboardt ont gheboden deff manne
te volghem en toudexhoude Te dan te
vboten. dan alle de gheprofessio indien sul
ken kusen ten vbane datter eenighe vbane
indien kande, oft dje den ten ten v dunt
hadde, oft die hanc vordem en hanc
vlaten gader, inghe valle dan de vsterdero
den sulken hanc steme mit vboardt open
kanclyt ghegheuen in hadde. Melckste
in kusen oik mit oft die te ghe vboardt hanc
indien kanclyt sissen noch oik die minde
van vordem sijn dan vbm janc De gheve
dyne lieken zal mach sijn van kumey
oft van kumey. zoo hanc zij van onse
selue vordem es. en zij ind selue tzij
kumey oft kumey duffe janc arhter den
andere luffelyst heeft ghepau De
selue in zal oik mit iongher maghe vbe

dan bey d'artich iden, de Viskers d'ober p'ardely
merckelyke redin ter rotvarny, want o'
dat zij dispensatiedin mit oork dispensati
en consent van Gnalen Capte oft beuden
Bischof des lants, als thins onder sijn
Turys d'ic en yeluygen Wich marck oork
tot een oorspe luyk als sulke d'ijc verb
doffen bedient ghesadt sijn by zoo
verre dat zij en sulke of eenighe adert
zaken, sonder zolue bedient te hebben aff
ghesedt zijn g'ebest Een supre marck
oork alijc in han enghen hinc g'ere
vorden, al vdaert dat ze sijnen in de and
vloofte de selue offren bediende Dijc
Viskers d'ic en sulke neerstel tafke dat in
delictie g'ien dobbelheyt oft bedorck
en g'ebueren en dat alle dinghe recht
vete g'istuy op dat de g'hemc d'ijc de
meeste stomen sijn voer g'heest en
g'he voer d'ic vorden En sulke de supre
sther pot in p'antey nae godt en g'istue
te vberste te g'hemc blant in g'he walle
dat hi g'he hiel rouent merckelyke vome

roxy die ter affine met en dwins, zoo mo-
ghen zij huy come stellen, nae jaesder ton
prentivly met te bore daer toe b'sort is
verryghen hebbende fronsent van Caple
off van Bisthopen vander Jurisdicthely Om
dan des laetste maniere te over te stellen

ff om openbare
notaris tot de priors

Zoo zalme mine de Improprium met tobacco
van vander (zoo pre als zij daer toe bequae
zijn) die vander smit vander stromen sully
doen ten bore dat de ionckste van Vistier
der vander smit zelme dede, Het vaker
zal gheschyn op te delynd ind tenke
daer hem ijghel zal vuyghen op zyn stede
en daer zely de Vistierder docht ghy bot
van gouds veyghen en van danthorit
dye zij hebben, Het vaker ghydaer zijnde
zal de ionckste Vistierder de besbberige
doch off donste super zal besbber de

Con. Trid. picipi
noia eligendi na
qua publicari. et
ergo no sic pce-
dendum. . sess. 25
cap. 8.

Improprium en die ghyronen hebbende
zal de selme Improprium delle dandere
voirt besbberen totten eynde toe Ende
ten leyen zal de Commissarius besbber den
Kerke vander huyt veyghen stame ghe

xviem vborde vore dobbelle / Leke stemme
 zoe bant Vifiter d'v vborde ter stot
 ghesteelt in brifte in best al ghetore
 is zoe de Commissarius openbaerlyc
 luyde vlt l'f' v' gheghe byke naem
 mitten naem vander ghesme die z'n
heft getore // met des notaris
 Zullen de Vifiter d'v vborde l'g' g' h' h' h'
 vele stemme datter vore gheghe byke die
 getore is z'n in noemen dan de ghesme
 die de meeste heft. De beelke ter stot
 d'v nae van douste bay vborde z'n g' g'
 torly is, zal ambdriff getore vborde
 van vborde van h' d' z' l' v' v' v' v'
 ghesme die van h' d' g' v' l' z'n g' g'
 vborde in gheghe de p' l' v' v' v' v'
 ghetonfirmert Maer de Vifiter d'v
 z'n ter refinmatie zullen romen / Zoo s' l' l'
 z'n noemen d'v termijne bay oppositie
 vborde aff d'v t'p' zal s' h' ter roffte
 de ambdriff nae de hooghinge // De
leke zalmen den ghesme instene alle
te samen dan g' h' in mitte Capittel
clorke (sonder de ghetore allem) in

Cap. vi. Concilij
 Irid. sess. 25.

29. In Concilio
 g'ebudt s' h' e' l'
 dat alle onse / maer
 g' h' o' s' v' d' d' b' i'
 s' t' a' c' t' e' v' b' o' r' d' e' s' p' o'
 m' y' / s' o' d' a' t' d' i' e' n' a'
 m' s' d' i' e' g' g' e' n' s' d' i' e'
 k' i' e' s' s' / m' e' m' b' e' r'
 v' v' o' o' r' d' e' s' g' e' s' p' e' c' h' e' t'.

brachten offer yemant es die ytt velle
by bringhen teghen de psoone die yeroey
es, oft de yhuine die yeroey hebbe, oft
oort teghen die maniere band veltuy. **En**
Zoo pre alster niemant teghen in siet
zoo es dizen termijn ghespassert, ende
in gact vort totter reformatie. **Inghen**
vallu datter het gheset vordt vort omme
dat de lertie mit in behoort ghereformatie
te vordt. / Zoo stelt men vte ter tyt toe
dat de veldert dazt oft blyt. **Ende**
beindiment veldertuy / Zoo es de lertie
mit in men beghint veldert op vey in velle.
maer veldert alre ghevoelt in maniere
van veldertuy / Zoo mannen de veldert veld
omme herghen in de veldert psoone die daz
gheroey veldert es daz by mit veldert.
Des termijnen bay oppositie zalme altyt
houden al veldert oort dat het gheset
rouent veldertuy veldert ghevoelt
bay veldert psoone. Des veldertuy da
veldert veldert, als de lertie proclamatie
ghedaten es, zoo ontvult in **Capittel**

gynb de psoom die ghevoert is / ende
aldare versintmen van hare dat zy
hare vinder ghemelyc consent draeghe tot
alsulcker christe als van hare gheghaet
is / Ende off zy ghebbilich daer toe
viele / zoo versintmen hare bij obedien
Want niemant is is ghevoert oft he dare
teghen te stellen / ten blare by consen
ten velle van vintenders of van Capla
Consent dan hebben zoo reformere de
Vintenders de ghevoert psoom / hare re
romandrende ten gheve de van rouwe
in men gheeft hare de flinkelijc ende de
borse mitten zeggelijc / Dare nae ghai
zy ghehijelijc ter kercken / in de min
de prioren vboardt ghehijst van Vise
teenders totter plaetsen dare toe bevest
dare zy niet leet / of dat het ghebet
is ghesongelijc / In dinromen van rhoure
singht men dan psoom / Tutrit met den
psalm / Ere is dom / Obelste ghedelijc
zynde zoo vboardt de in de prioren
vande vintenders ghehijst tot in hare

soel sijn men smijst En den Landman sijn
de rone vloodt ghebruyt Das na ghaet
men ten Capittel sijn das de donatimus
oort rommelyghe vboordich en de priorum
das sittende sijde Vissardes ontfaent
van alle de sijnen de gheleste van obedi
en in d'achter volgen den Regule van franke
augustin en dordinantich bande hijst.
De priorum bruycht en zij antvboordich
kenkende en luyghende sin jande ghe
vouwen in de hanc hijst in de vloodt den
duist gheleste en men bruycht dijch
den voort ouren blisschap en bruycht.


Beleofdy ghehoorsaemke na S.^e Augustijns regule
en na dinstellinghen van onsen gnalen Capittelen (
jek belooffe).


[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]


+

Concitat in rabiem Caluini
concio turbas ./.

Sancta tua conculcata et
contaminata sunt ./. Macha. 3.º







F. H. DANNER
BOEKBINDERIJ
UTRECHT

